proprio Nomine, et tamquam Maior Domus sue Castri Maniaci, om=
=nibus modo, iure, via, et forma, quibus melius licet, et potest per
Vos Dnum Vicarium, et Vestram diffinitivam sententiam omnibus
modo, via, iure, et forma, quibus melius potestis et de iure debetis,
pronunciari, sententiari, declarari, et promulgari supradicta Bona,
Mansos, Carritum, et Dominium predicta, et ipsa, ac pleno Iure tam
in proprietate, quam in possessione spectasse, et pertinuisse, ac spec=
tare, et pertinere ad eumdem U.J. Baldass.m, et Domum suam de
iure tenuisse Castro Maniaci, et eumdem U.J. Baldass.m, et Domum
suam de iure tenuisse, et possedisse, ac tenere, et possidere suprans=
=cripta Bona, Mansos, Carritum, et Dominium Maniaci tamquam
Bona propria eorum: ac ipsos pleno iure spectantia, tam in
proprietate, quam in possessione, et dictum Joannem Not.m Zuar.
procuratorem prefati Dni Nri Pathe indebite, et de facto moles=
=tasse, inquietasse, ac perturbasse ipsum U.J. Baldass. suo proprio
nomine, et tamquam maiorem Domus sue Castri Maniaci, in, et super
prefatis Bonis, Mansis, Carritu, et Dominio silentium perpetuum

sibi imponentes super premissis et prefato Dño nõ Patri et eius Aquileiensi Ecclesie nullum Ius competiisse, nec competere in, et super dictis Bonis, Mansis, garritu, et Dominio, et eundem q. Baldass.m suo proprio Nomine, et tamquam Maiorem Domus de Castri Maniaci fuisse, et esse Soluendum, et per Vos absolui debere à petitionibus ipsius Ioannis Notarij nomine quo supra factis, et productis super premissis Bonis, Mansis, Dominio, et gar=
=ritu contra eundem q. Baldass.re nominibus quibus supra; et premissa petit per modum forte, et simplicis petitionis, et petit per Vos procedi debere summarie et de plano super premissis, protestans de expensis factis, et fiendis in posterum, non as=
=tringens se ad probandum nisi necessaria q. saluo iure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, et de nouo formandi, et produ=
=cendi, et quolibet alio iure suo –

Nos igitur Ordinarius prefactus uisis petitionibus seu Libellis pre=
dictis responsionibus ad eosdem, lite contestata, iuramento de calumnia, et ueritate dicenda per ambas partes prestito, positionibus, et articulis in Causa productis, uisisque confessionibus, et probationibus tam per testes, quam per Instrumenta factis, concluso etiam per Nos in Causa de consensu ambarum partium, allegationibus utriusque partis auditis, examinatisque Iuribus, et Instrumentis ambarum partium productis atque communicatis peritorum Consilio, partibus presentibus, et monitis, atque senten=
=tiam ferri petentibus; Christi, ac Beate Virginis suffragiis inuocatis

Suffragijs innixati, dicimus, pronunciamus, et in hac parte diffinimus, &c. quia declaramus prefatum q. Baldassium suo, et dictis nominibus habuisse, et de presenti habere uerum, et iusti Dominii titulum in Bonis, Iurisditionibus, garritis, Mansis, Possessionibus, et Decimis in dictis libellis seu petitio=nibus contentis. Et dicta Bona, Iurisditiones, garritus, man=sos, Decimas, et Possessiones possedisse, et possidere iuste, et Iuridico titulo tamquam Bona eorum propria; et propterea dictum q. Baldassium per hanc nostram sententiam suo, et dictis nominibus a petitione seu libello predictis per dictum Joanne Zuar dicto nomine productis absoluimus, mandantes etiam per hanc nostram sententiam dicto Joanni Zuar dicto nomine quatenus sinat, et permittat dictum q. Baldassium suo, et dictis nominibus pacifice et quiete dicta Bona, Iuris=ditiones, garritus, Mansos, Possessiones, et Domos possidere, nec in possessione seu quasi dictorum Bonorum, Iurisditionum, garritorum, Decimarum, Mansorum et Possessionum posse turbare, nec non in possessionibus, seu molestari, et turbari facere. Insuper in expensis litis presentis, et causae taxandis nobis reser=uantes uictum uictori in expensis condemnamus. Et predicta sic dicimus, et in his scriptis diffinimus omni modo, uia, et forma, quibus melius possumus, et de iure debemus. Lata, data, et in his scriptis promulgata fuit dicta diffinitiua

sententia per supradictum Dominum Conradinum Vicarium
in infrascripta sua solita Audientia pro Tribunali sedente
Anno Domini Nostri Jesu Christi Millesimo Trecentesimo Nona:
gesimo Tertio Indictione prima Die Martis sexto decimo mensis Septembris
ante Tercias Utini Aquileiensis Dioecesis in Capella Sancti Joannis de
Platheä in Loco solito Audientiae praefati Domini Vicarii;
Praesentibus Venerabili Viro Domino Andrea Sberij dicto Tempesta Canonico
Aquileiensis, et provido Viro D. Presbytero Bartholameo Rebisini Plebano
Martelani, ac Themadussio quondam Jacobi Themadussij ambobus de
Civitate Austriae Aquileiensis Dioecesis hijs habitis dictae Civitatis Au=
=striae, atque Nobilibus Viris quondam Hendrico de Savona quondam Guarienti de
Castro Utini, quondam Nicolao quondam Domini Manfredi de Castello, quondam Antonio
quondam Domini Federici de Faganea, nec non providis Viris quondam Gerardo
quondam Magistri Antonij Apothecarij de Utino, quondam Henrico quondam Ciluti de
Collor., Alessandro Notario filio quondam Bartholamei de Ceneta, Jacobo
Notario filio Joannis de Valle Carneae hijs habitatoribus Utini
praedictae Aquileiensis Dioecesis praefatae omnibus Testibus ad
hec convocatis specialiter, et rogatis, et alijs pluribus, ac
praesentibus partibus supradictis per ipsum Dominum Vicarium
ad dictam sententiam audiendam monitis, et renunciantibus
Ferijs propter Vindemias indictis; Qui quidem sententiae sic
latae dictus quondam Baldassius suo, et quibus supra Nominibus
dixit quod in quantum faceret pro eius parte consentiebat, et

amologabat etc.

et Amologabat &

Et ego Petrus Bonus q. Dni Veritatis de Sorezzis de Verona pub.s Imperiali auctate Not.s, dictarumq: Curiæ et Causæ

S. N.

Scriba dictæ sententiæ diffinitivæ prolationi, omnibusq: alijs, et singulis suprascriptis, dum sic, ut præmittitur, agerent, et fierent, una cum prenominatis Testibus interfui, eaq: sic fieri vidi, et audivi, et in notam propria recepi, alijsq: Negotijs occupatus, per alium fidelem hcc Scribi feci; et quia facta diligenti collatione presens Instrumentum cum dicta mea nota concordare inveni, ideo ipsum publicavi, et in hanc publicam formam redegi, et me subscripsi, meisq: signo, et nomine consuetis rogatus, et requisitus de mandato, et Comissione prefati Dni Vicarij roboravi in fidem, et Testimonium præ=
=missorum Omnium, et Singulorum. —

Premissum exemplum, cum omnibus et singulis in eo contentis, et alio consimili in Pergamena existente penes Nob: Dnos Petrum Antonium, et Fratres de Maniaco, Ego Dominicus

S. N.

Brandolisius Not.s Maniacensis v.r.s. hi req.s mediante aliena mihi fida manu fid.r exemplavi, et facta in= contractione cum originali concordare inveni, ideo me subscripsi, et solito tabellionatus signo roboravi —

Die 11 Junij Ind.ne 3.a 1710 L. D. G. M —

1352 p.ma 8bris

Tempore Rev.mi D. Patriarchae Nicolai

Talea

Renovatio Compositionis Taleae super omnibus Locis, Communitatibus et villis Patriae. Ad Infrascriptas Talias Antonius Ducis Austriae ubi Castronus de Savorgnano Consiliarius et ubi additione

Hic ante C. 100 usque C. 104

1352 primo 8bris Millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo Ind. 5.ta die Lunae prima 8bris. Convocato et Congregato Consilio Consiliariorum Fori Julii. In presentia Rev.mi in Xto Patris et D.D. Nicolai Patriarchae Aquileiae. In quo quidem consilio interfuerunt Ven. in Xto Pater D. Frater Petrus Episcopus Concordiensis, Ven.s et discreti Viri D.D. Fr.s Guido Abbas Moziacensis, Gambinus de Clemona Can.cus Aquil.s, Nicolaus della Frattina, Franciscus de Soriavacca, Conradus Brianus milites, Dietpuirus de Prata, Henricus de Strassoldo, Henricus de Spilimbergo, Mainardus de Villalta, Rizzardus de Tirano, Simon de Cucanea, Franciscus de Colloreto, Simon de Pulcinigo, Detalmus de Pers, Castronus de Savorgnano, Nicolussius Asponis, Jacobus de Clemona Jurisperitus, Guilielmus de Rhiosi de Aquileia, ac etiam D. Cives, Petrus de Luca, et Joannes de Lisono. Prefatus D. Patriarcha proposuit, qualiter novissimis diebus nonnulli Gentes attentaverunt intrare in Terram suam Albonae furtivo modo qui nequiverunt suum propositum adimplere. Postea vero quedam gentium quantitas furtive, et proditorie intravit nocturno tempore dictam Terram, volens eam eidem, et Aquil.s Ecclesiae subripere, scilicet fideles sui intrinseci de Albona viriliter resistentes gentes ipsas cum personarum damno, et vituperio eiecerunt, captis aliquibus et vendetta de ipsis facta. Subsequenter D. Herdicinus de Vatisnich Capitaneus Portus Naonis pro D. Duca Austriae propria autoritate, et indebite spoliavit fideles ipsius D. Patriarchae de Prata eorum possessione cuiusdam Villae, et ipsa magna Armentorum quantitate derobavit, multaque alia inferre minatur in damnum et preiudicium Aquil.s Ecclesiae, et eius fidelium subditorum, quo modo vidit idem D. Patriarcha procedere et de voluntate D. Ducis predicti, pro quibus quidem violentiis, et offensis, nihil quod ipse eorum auctores non attentare huiusque voluit propter mandatum sibi

facto

factum ex parte D.ni Nostri Romanor. Regis propter quod guerra seu comotio possit in hac gratia suscitari; petijt ipse D. Patha sibi per dictos Consiliarios consuli, quid agendum foret in premissis pro conservatione honoris sui, ac boni status Patrie, et fidelium suorum; dicti vero Consiliarij premissis om. et singulis auditis, et super ipsis deliberatione habita diligenti consuluerunt eidem D.no Patha, qd guerras et discordias debeat quantum poterat evacuare, et ut fieri melius poterat. Requirat D.num de Latembarch missum per prefactum D. Regem ad partes ipsas, qui eiusdem D. Regis personam representat, qd ipse strenue interponat de tractatu concordie super premissis, et si concordia fieri possit, cum honore dicti D. Patha bene quidem; sin autem D. Patha ordinet, quod omnes sui subditi statim parati sint cum equis, et armis ad defendendum, et vestimendum, ne Aquileiensis Ecclia, et ipsius sic indebite opprimantur, et ad hec prosequenda adhiberent totaliter posse suum, et quia postquam facta fuit antiqua impositio Talee militie Tpre Julij, quam plures ex fidelib. Aquileiensis Eccle depauperati erant adeo quod nō poterant servire cum dicta Talea, consuluerunt, qd examinaretur impositio ipsa, et quod addatur ditioribus et diminuatur de pauperatis prout equitas suadebit, et sic statim eligerunt ad examinationem, et ordinationem, ac reformationem dicte Talee augende, et diminuende, quib. videlicet faciendis dictus Albus Mosacanus, Nicolaus della Turrina, Henricus de Prampergo, Rizardus de Tercano, Franciscus de Pitreto, Benevenutus de Ragonea Civis Aquilee, Castronus de Savorgnano, Nicolussius Aponus de Civitate, et Magister Iacobus de Cremona, predictos, quib. potestates tradiderunt addendi, et minuendi om. et singulis fidelib. Aquileiensis Eccle de dicta Talea militie reformandi, prout eis melius, et convenientius videbitur expedire; post meridiem vero die predicta, predicti novem electi una cum

Pane

Joanne de Livino ad hoc deputato, et missis per prefatum Dominum Patriarcham conuenientes in unum in in domo Fratrum Predicatorum de Utino, habita deliberatione diligenti, ac respectu habito ad facultates omnium et singulorum, qui pro iure debeant ad Talea militiæ, reformauerunt dictam Taleam in hunc modum videlicet. Primis Dominus Patriarcha predictus habeat suam Taleam militiæ consuetam, videlicet Elmorum XL. et Bal. X. Item Dominus Episcopus Concordiensis, qui antea seruiebat cum duobus Elmis, et duobus Balistarijs, de cetero seruiat Ecclesiæ Aquileiensi cum Elmis decem, et Balistris 2. Item capitulum Aquileiense cum Elmis X, et Balistris 2. iuxta impositionem antiquam. Item Abbas Belignensis cum Elmis 2 iuxta impositionem antiquam. Item Prepositus S. Stephani Aquileiensis Elmorum 3, et Bal. 1 iuxta impositionem antiquam. Item Prepositus Sancti Felicis Aquileiensis Bal. 1 iuxta impositionem antiquam. Item Monasterium Maius Aquileiense cum Elmis 2, et Bal. 2 iuxta impositionem antiquam. Item Abbas Monasterij Sextensis, qui antea seruiebat cum tribus Elmis et Bal. 1, de cetero seruiat cum Elmis tribus, et Bal. 2. Item Abbas Monasterij Mosacensis, qui antea seruiebat cum Elmis tribus Bal. 1, de cetero seruiat cum Elmis tribus Bal. 2. Item Abbas Sextensis, qui antea seruiebat cum Elmis 4, et Bal. 1, de cetero seruiat cum Elmis 4, Bal. 2. Item capitulum Ciuitatense cum Elmis X, et Bal. 2 iuxta impositionem antiquam. Item Monasterium Maius Ciuitatense cum Elmo 1. et Bal. 1 iuxta impositionem antiquam. Item Prepositus Sanctæ Felicitatis supra Taliamentum cum Elmis 3. iuxta impositionem antiquam. Item Prepositus Carneæ cum Elmo 1 iuxta impositionem antiquam. Item D. D. de Prata cum Elmis 16, et Bal. 5 iuxta impositionem antiquam. Item D. D. de Purcilijs cum Elmis 16, et Bal. 5. Item D. D. de Pulcinigo cum Elmis 8 et Bal. 4 iuxta impositionem antiquam. Item Habitatores de Auiano cum Elmis 2, et Bal. 1 iuxta impositionem antiquam. Item

Pratta
Purcilea
Pulcinigo
Auiano

Monteregali — Itẽ illi de Monteregali cũ Elmo 1, et Bal. 1, quia eius dimi-
nutio fuit Elm.ⁱ 1 propter statum eorum deteriorationẽ. Itẽ illi
Mariano — de Mariaco cũ Elmis 3, et Bal. 3, quia st eis additi duo
Bal. propter eorũ statũ augmentatũ, et meliorattũ in bonis suis.
Pinzano — Itẽ illi de Pinzano, seu qui tenent ipsum castrũ cũ Elm. 2
iuxta impositionẽ antiquam. Itẽ illi de Spilimbergo, et Zucola
Spilimbergo, Zucola — cũ Elmis 12, et Bal. 4, quia sunt eis additi duo Elmi, et duo
Bal. propter eorum statum in divitijs, et potentia augmentatũ.
S. Vito — Itẽ Habitatores de S.to Vito cũ Elm.º 1, et Bal. 1 iuxta imposi-
Sbroiavacca — tionẽ antiquã. Itẽ illi de Sbroiavacca cũ Elmis 3 Bal. 1
iuxta impositionẽ antiquam. Itẽ illi de Selvarollo cũ Elm. 1
Selvarollo — Bal. 1 iuxta impositionẽ antiquã. Itẽ illi de Laurenzaglia
cũ Elmis 3 Bal. — iuxta impositionẽ antiquã. Itẽ Habitatores
Laurenzaglia — Mattheruz cũ Elmis 2, q.ª est eis diminutus unus Elmus propter
Mattheruz — statũ ipsius sanẽ deterioratũ. Itẽ illi de Azzano cum Bal. 1
Azzano — qui de Elmo unius sunt reducti ad Bal. 1 propter eorũ statũ
deterioratũ. Itẽ illi de Enario cũ Elmo 1 iuxta impositionẽ
Enario — antiquam. Itẽ illi de Trattina cũ Elmo 1. Itẽ D. Nicolaus della
Trattina — Trattina cũ Elmo 1, et Bal. 1, q.ª status eius est melioratus, et
augmentatus in bonis. Itẽ illi de Flagonea, seu qui tenent castrũ
Flagonea — ipsum cũ Elmo 1 iuxta impositionẽ antiquam. Itẽ illi de
Villalta — Villalta et Cavoriaco cũ Elmis X, et Bal. 2, qui sunt eis di-
Cavoriaco — minuti duo Elmi, et duo Bal. propter eorum statũ deterioratũ.
Itẽ Habitatores Fagagnea cũ Elmis 4. Bal. 1. Itẽ ultra eos Mai-
Fagagnea — nardus de Fagagnea cũ Elmo 1, et Vitulus de Buia habita-
Tricano — tor Fagagneæ cũ Bal. 1. Itẽ illi de Tarcano, et Moruzio cũ
et Moruzio — Elmis 12, Bal. 4 iuxta impositionẽ antiquã. Itẽ illi de
Castellerio — Castellerio cũ Elmo 1, et Bal. 1 qui st eis diminuti Elmus
unus Bal. 1 propter eorũ statũ deterioratũ, Itẽ illi de
Brazzaco — Brazzaco inferiori, et superiori cũ Elmo 1 et Bal. 1 iuxta impositio-
Fontebono — nem antiquã. Itẽ illi de Fontebono cũ Elmo 1, et Bal. 1, quia
sunt

sunt eis diminuti duo Elmi propter eorum statum deteriorationem
Colloreto — Item illi de Colloreto cum Elmis 12. Bal. 4. Item illi de Mels cum
Mels — Elmis 2, Bal. 2. Item illi de Pers cum Elmis 2. Bal. 2. Item illi de
Pers — Susano cum Elmo 1, Bal. — Item Habitatores de S.to Daniele cum
Susans — Elmis 4. Bal. 2. Item Covadello de dicto loco cum Elmo 1, et filij
S. Daniel — quondam D. Bartolomei de dicto loco cum Elmis 2, quia ipsorum status
Ragonea — est augmentatus, et ditatus. Item illi de Ragonea cum Elmis 12, Bal. 2
iuxta impositionem antiquam. Item illi de Ramberga cum Elmis 5
Rampergo — Bal. 3, quia sunt eis diminuti 3 Elmi propter eorum statum deterio-
rationem. Item illi de Castaco, seu qui tenent loca, et bona eorum cum
Casacus — Elmo uno iuxta impositionem antiquam. Item Habitatores de Arte-
Artenea — nea cum Bal. 1 iuxta impositionem antiquam. Item Osoppium Elmus 1,
Osopium — Bal. 1. Item illi de Carnaco Bal. 1, quia de uno Elmo reducti sunt
Carnacus — ad unam Bal. propter eorum statum deteriorationem. Item illi de
Vendoio — Vendoio cum Elmo uno, Bal. 1 iuxta impositionem antiquam.
Buia — Item Habitatores de Buia cum Elmo 1, Bal. 1 iuxta impositio-
Attemps — nem antiquam. Item Habitatores de Attems cum Elmis 2, Bal. 1
Tricesimo — iuxta impositionem antiquam. Item Habitatores de Tricesimo cum
Cucanea — Elmo 1. Item illi de Cucanea, Partistaneo, et Valuasono cum
Partistenens et Valuasonus — Elmis 16, et Bal. 4 iuxta impositionem antiquam. Item illi de
Strasoldo cum Elmis 10, et Bal. 2 iuxta impositionem antiquam.
Marzano — Item illi de Marzano cum Elmis 4, et Bal. 1 iuxta impo-
sitionem antiquam. Item D. Jacobus Marcellus de Luca pro Castro
Inuilino — Inuilino cum Elmis 2. Item illi de Budrio cum Elmo 1 iuxta
Budrio — impositionem antiquam. Item illi de Varmo cum Elmis 2,
Varmo — Bal. 1, quia est eis diminutus unus Elmus propter statum
eorum deteriorationem. Item Detalmus de Varmo inferiori cum Elmo 1
Varmus inferiorem — iuxta impositionem antiquam. Item illi de Corneo cum Elmo 1,
Corneo — Bal. 1 iuxta impositionem antiquam. Item Comune Civitatis
Comune Aquil. — Aquileiae cum Elmis 4. Bal. 4, quia sunt sibi diminuti 4
Elmi propter statum ipsius Civitatis deteriorationem.

Item

Ciuitatis Austriæ | Item Comune Ciuitatis Austriæ cum Elmis 18, Bal. 6, quia sunt ei dimi
Clemonæ | nuti Elmi 8, Bal. 2 videlicet intrinsecis, et extrinsecis propter
| statum dictæ terræ deteriorationem. Item Comune Clemonæ cum Elmis
| 12, et Bal. 4 iuxta impositionem antiquam. Item Comune Utini,
Utinum | et illi de Sauorgnano cum Elmis XIV, Bal. 20, quia sunt
Sauorgnanum | eis additi quinque Elmi, et 15 Bale. propter eorum statum aug
Montefalcone | mentatum, et melioratum. Item Habitatores de Monte Falcone
| cum Elmis 3 iuxta impositionem antiquam. Item Habitatores
Tulmetium | de Tulmetio cum Elmis 2; Bal. 1 quia est additus Bal. 1
Sacilem | propter eorum statum augmentatum. Item Comune Sacili cum Elmis
Canipam | 4, quia sunt additi 2 Elmi. Item Habitatores de Canipa cum
Solauum | Elmis 2 iuxta impositionem antiquam. Item illi de Solauo, Coxo
Cox, et | et Luincis cum Elmis 2; Item illi de Los elmi 2, iuxta imposi
Luincis | tionem antiquam. Item Habitatores de Mossa cum Elmo 1 iux
Los | ta impositionem antiquam. Item Habitatores de Vipaco cum Elmis 3.
Mossam | iuxta impositionem antiquam. Item D. D. de Petra Pilosa cum Elmis 3.
Vipacum | iuxta impositionem antiquam. Item D. D. de Polla cum Elmis 6,
Petra Pilosa | Bal. 1 iuxta impositionem antiquam.
Pollam. |

Ego Silvestrinus Not. de Nouate de Mediolano Cancell.s
sup.ti Domini D. Patriarchæ Nicolai.

63 64

rici
ver
Marquardo
imi
Rimiy=
Sigillo
n Tenor
Eva.
Dori
iam
nquad;
ū Eut:
dum
t Dro:
niaco
orum
is Porá
psarijs
rtioni
nibus
rensis
nandus
uiusmodi
cerneris

(M)

1370 – 19 Februarij

Sententia Judicis delegati a R.mo Patriarca Marquardo in favore e Reintegro de Maniaco et contra R.mum Episcopum Concordiae occasione Campaneae quae est inter Collinas pertinentijs Villae de Arba

In Christi Nomine Amen. Nos Hector Nob. q. Dni Odorici Miulitis de Utino in et super causa infrascripta, et inter personas infrascriptas à R.mo in Xto Patre, et D.D. Marquardo Dei Gra. Sanctae Sedis Aquileiensis Patriarcae Dignissimo Judex, et Commissarius specialiter deputatus, prout de huiusmodi commissione ipsius Dni Patris constat litteris eius sigillo cerae rubeae à tergo muniti, quarum quidem litterarum tenor sequitur in haec verba, et est talis. Marquardus Dei Gra. Patriarcha Sedis Aquileiensis Patriarca dilecto Nobili Hectori Nob. de Utino gratiam nram, et omne bonum. Causam vertentem inter Leonardum de Sancto Daniele tamquam Procuratorem, et procuratorio nomine R.di Patris Dni Guidonis Episcopi Concordiensis ex parte una, et Rimbaldum fidelem nostrum de Maniaco tamquam Syndicum, et Procuratorem subditorum hominum, et Communis de Maniaco parte ex altera, nomine, et occasione Campaneae et pascuorum sitorum in pertinentijs Villae de Arba in loco, qui dicitur Pordi, et nomine, et occasione exfortior. factor. et dictis Massarijs de Arba dicti Dni Episcopi per dictos de Maniaco discretioni tuae, de qua plenam in Dno. fiduciam obtinemus, in omnibus dipendentibus, emergentibus, et connexis damnis, et expensis inde secutis, tenore praesentium duximus committendam, mandantes quatenus vocatis partibus, et qui fuerint vocandi, causam huiusmodi audias, et fine debito terminesm et iudicium facies, quod decerneris

quod decreverit authoritate nostra à partibus antedictis inuiolabiliter conuocari.

Omissis

Christi Nomine inuocato, de cuius vultu recta procedunt iudicia ipsum solum Deum, Justitiam, et equitatem, quia est dubior misericordia temperata pro oculis habens pro bono pacis, et concordiæ, ut finis laudabilis, et quietus amodo habeat in prædictis dicimus, arbitramur, et sententiando in his scriptis declaramus dictam Campaneam totam de Renfrenis sitam infra Coluernum, et Celinam, ut supra cum omnibus eius pertinentiis, et confinibus fuisse, et esse, sit et esse debeat perpetualiter in proprietate, et possessione dictor. de Maniaco, et Uniuersitatis eiusdem cum ipsa Campanea sita sit Patriarcatu Aquileiensi, et super eadem, et in qualibet parte ipsius, saluo iure Dñi nri Patriæ, et Ecclesiæ suæ Aquileiensis antedicti de Maniaco Nobb. et Communitas eiusdem Loci habeat, et habere debeat tamquam veri Dñi proprietarii merum Jurisdictionem, et Exercitio, Dominium, et possessionem item in ea, et super ea in qualibet parte ipsius possint, et valeant Dominium eiusdem Loci omnes excessores, et delicta comittentes in eadem punire, iustitiam facere tam ad pœnam personalem, membralem, et nitmodmodum, quam pecuniariam secundum laudabiles Patriæ Fori Julii consuetudines &.

Omissis

Lecta lata, et in his scriptis fuit pronuntiata dicta sententia

In

In monasterio Rosacense Aquileiensi Diœcesis super
Porolis Domus ipsius Monasterij per Sapientem, et Circum[s]pec=
=tum Virum Dominum Hectorem Nabarium Arbitrum, Arbi=
=tratorem, et Judicem [illegible] in dicto loco pro Tribunali
sedentem coram Ill.mo in X.to Patre, et D.no D.no [illegible] Sanctæ
sedis Aquileiensis Patriarcha dignissimo supradicto. Præsentibus
Nobb. Viris D.nis Nicolao, et Rambaldo fratribus et filijs q.
Nob. Viri [illegible] de Maniaco pro parte dictorum de Maniaco,
et dicto Leonardo [illegible] pro parte supradicti D.ni Episcopi
Concordiensis prædictam sententiam instanter fieri postulan=
=tibus sub anno Nativitatis D.ni Millesimo Tricentes. Septuages.
Ind.e Octava, die Martis decimo nono mensis Februarij, Præsenti=
Testibus Nobb. Viris Nicolao filio D.ni Andreæ de Zanna,
Rodulpho de Zaganea habitante in Cordovato, Joanne Not.o
[illegible] de Maniaco, et Nicolussio q. Leonardi de [illegible] de
Cordovato notis testibus, et alijs pluribus ad prædicta vocatis,
et rogatis; Quæ quidem sententia fuit per supradictum D.
Hectorem Arbitrum, et Arbitratorem antedictum lata, et in
dictis scriptis promulgata, et per ipsum D.num Patriar. dili=
=genter auscultata, et intellecta ipse D.nus Patriar. suo, et ipso,
ac vice, et nomine Ecclesiæ suæ Aquileiensis, et successorum suorum
prædictam sententiam, et omnia, et singula in ipsa sententia
contenta præsentibus prædictis Testibus, et me Not. infrascripto
in omnibus, et per omnia approbavit, confirmavit, et rati=
=ficavit, mandans ipsam sententiam, et omnia, et singula in ea
contenta inviolabiliter observari. Ego Petrus

Ego. Petrus q.m Jannoni de Ocha de Regio Utini habitans Publicus Imperiali Aut.te Not.s, et Curie Spiritualis ipsius Dni Patrie scriba supradicte lectioni, sententie pronunciationi, et declarationi, acceptationi, et ratificationi, nec non omnibus, et singulis supradictis una cum prenominatis Testibus pre=sens fui, et ea omnia, et singula supradicta de mandato dictorum Dominorum Patrie, et Rectoris, et supradictorum Dominorum Nicolai, et Rambaldi, et Leonardi de Corrijs Sindi=:corum, et Procuratorum rogatus scripsi.

Omissis alijs Legalitatibus.

Et quod Procesu existente penes Co: Petrum Antonium et Fratres ex Dnis Maniaci Sententiam premissam med.te sibi aliena fida manu ext. Joannes Antonius Celmi V.A. Not.s,

S. N. ac Maniaci Cancell.s et facta quia ideo se[...] apposito signo sub.t in fidem L. D. O. M.

Die v. Mijs Junij 1715 —

Manumissio Iacobe q. Iacobi Franc. de Sub mer..

1431: 4 Feb.
Nob. Comites de Pulcinico liberant a servitute Iacobum q. Iacobi Francisci de Lebnizza de Zanna cum omnibus bonis descendentibus masculis, et feminis

In Christi Nomine Amen. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo Quatricentesimo Trigesimo primo, Inditione nona die quarto mensis Februarij, Actum Zanne, in Domo habitationis Ioannis q. Nicolai de Zanna. Presentibus Sibinico q. Ioanni Cestulini, Candido q. Venuti, Laurentio q. Ceschi, Paulo q. Paissini, Petro Filio Adolphi, Simone q. Iacobi Nicolai, Iacobo dicto Mal, Tomat q. Thomati omnibus de Zana Testibus specialiter ad hec vocatis, et rogatis, et alijs. Ibique: cum Redemptor nostri, totiusque: Creature ad hec propiciator humanam voluerit Carnem assumere Divinitatis sue gratia, divinitus quo tenebamur, vinculo servitutis nos restitueret libertati; Salubriter agit, et homines quos natura ab initio liberos protulit, et Ius gentium servitutis iugo subiecit, in quo nati fuerunt manumittentes beneficio libertati reddant.

Ideirco Nobiles Viri Andreas, et Ianussius Fratres, et Filij q. Nob. Viri Dni Fantussij Comitis de Pulcinico Concordien. Diecesis, nec non Nob. ac honesta Dna Margarita Uxor q. Nob. Viri Nicolai Fratris supradictor. Dnorum Andree et Iannussi tamquam Tutrix, et tutorio Nomine filiorum pupillor., et heredum q. Suprad. Dni Nicolai eius

Mariti, et eor. propria uoluntate, et tranquillo animo ex intuitu Misericordie, et remissionē omniū suorum pec=
=cator, suorumq: Parentum, et Predecessor, ac pietate moti dederunt, et tradiderunt per se, et suos heredes siue suc=
=cessores nunc, et in futurum in perpetuū honeste Iuueni Iacobe Filie q.m Iacobi q.m Fran.ci de Sub Mira de Zanna, et omnibus eius Filiis, et Filiabus de cetero nascituris utriusq: sexus, puram, et meram libertatem secundū usum et Consuetudinem Romane Ciuitatis, et eam, et eius Filios, et Filias nascituros, et nascituras ex hac hora, et alie liberos Ciues Romanos efficientes, liberantes, eximentes, penitusq: dimittentes eandē Iacobam, et eius omnes Filios de cetero nascituros masculos, et feminas utriusq: sexus à sua manu, potestate, et Dominio et ab omni conditione grauamin, operis, et operarum impositione, tam obsequialium, que consis=
=tunt in non faciendo, quam in faciendo, ut puta de non uocando in ius manumissores suos, uenia non petita, et eor. Omnium tam artificialium, quam fabrilium nunc, et in futurum, et à Iure Patronatus, et reuocatione in seruitutem ob quam=
=cumq: ingratitudinem, uel offensam, ita quod liceat eidē Iacobe manumisse, et eius Filiis nascituris, masculis, et Feminis utriusq: sexus famosam actionem si competat in futurum contra manumissores, et eorum liberos intentare et

etiam

etiam criminalem quamlibet accusationem, si crimen ae=
=tenus, vel imposterum committat per dictos Manumissores,
et eorum Heredes, ac Successores omni pena sublata omnino
remittentes eidem Jacobe manumisse, et suis futuris filijs
masculis, et feminis utriusque sexus omne suum Patronatus,
et denunciantes, sive restituentes ipsam Jacobam, et omnes
suos futuros filios masculos, et feminas utriusque sexus
Cives Romanos, ad quam restitutionem eam, et omnes suos
Filios nasciturus masculos, et feminas utriusque sexus sibi
primevo, secundum quod omnes homines liberi nascebantur;
nec illis temporibus manumissio erat introducta, cum servitus
esset incognita. Tradiderunt insuper, et dederunt eidem
Jacobe manumisse totum, et universale suum peculium ex
rationibus Domini separatum, et generaliter omnia sua Bona
mobilia, et immobilia, iura, et actiones reales et personales,
utiles, et directas, tacitas, et expressas, atque occultas tam
presentia, quam futura, ita quod de cetero ipsa manumissa
et sui Heredes nati, et nascituri, masculi, et femine utriusque
sexus non teneantur aliquam reddere rationem de his, que
in servitutem gessissent, etiam si illa sint connexa his, que
gereret in libertate. Dantes et retribuentes ei, et omnibus
suis futuris filijs nascituris masculis, et feminis puram
et meram libertatem, et generalem administrationem

Omnino

Omnium suorum bonorum mobilium, et immobilium præsentium, et futuror. Itaquod sine obstaculo aliquo servitutis, et manumissor, et suor. successorum, et cuius: libet alterius conditionis possit ipsa manumissa, et eius liberi masculi, et feminæ utriusq: sexus liberè emere, uendere, donare, obligare, alienare, contrahere ac pacisci, in iuditio stare, Testamentum facere, et Codicillare, et generaliter omnia, et singula facere, ac liberaliter exer: =cere, quæ quilibet ingenuus Civis Romanus, liber homo, paterfamilias, et sui iuris facere posset, ac si ab ingenuis parentibus nati essent. promittentes supradicti Dñi. Andreas, et Iannussius, nec non supradicta Dña Margarita. tutorio nomine, ut supra manumissores per se, et eor. heredes, et successores suos dictæ Iacobæ, et eius heredibus, et filiis masculis et feminis ex ea descendentib, stipulantib, et recipientibus prædictæ manumissionis, et libertatis dationem, et omnia, et singula suprascripta, et infras: =cripta, aut in hoc Instrum.to contenta ab omni homine, persona, Colleg.o et Universitate legitime deffendere, manutenere, authorizare, et disbrigare, et omnia, et singula suprascripta, et infrascripta seu in hoc Instrum.to contenta perpetuo firma, rata, et grata habere, et tenere, observare, et adimplere ubicunq: fuerint particu: lariter

particulariter requisiti, tam in Iuditio, quam extra omnibus suis periculis, et expensis, et in nullo contrafacere, uel uenire dicto, seu facto, per se, uel per alium, seu per alios aliqua causa, ratione, uel ingenio de iure, uel de facto sub pena Ducator. centum boni, et puri auri in singulis capitulis huius contractus, cuius pene medietas cedat Phisco, alia uero medietas supradicte manumisse, que pena toties peti, et exigi possit cum effectu, quoties contra predicta contrafactum fuerit dictis, factis, aut minis; Que pena soluta, uel non presens Instrumentum, et omnia, et singula suprascripta perpetuo firma per=durent. Item promittentes supradicti manumissores per se, et suos heredes, et suos successores eidem manumisse reficere, emendare, et restituere sibi, et heredibus suis omnia, et singula damna, expensas, ac interesse, tam in Iuditio, quam extra, si aliquo tempore sibi Lis, aut Questio moueretur. Pro quibus omnibus firmiter obser=uandis, et attendendis, obligauerunt eidem manumisse omnia sua bona presentia, et futura. Dantes, et conce=dentes mihi Not.° infrascripto plenã licentiam, et authoritatẽ, uel de predictis efficere debeam publicum Instrumentum cum sapientis consilio.

Ego Leonardus

Ego Leonardus q.^m D. Bonisicontri de Frixoribus Civis Coneglani Imperiali Authoritate Notarius publicus his omnibus inter=
=fui, et rogatus scribere scripsi

Ex Protocollo supradicti D.ni Leonardi de Frixoribus exis=
=tente penes Ill.mos D.D. Co: Petrum Antonium, et Fratres
ex Dominis Maniaci Instrumentum manumissionis pre=
=missum med.te sibi aliena fida manu Joa: Antonius

S. N. Gelmi V.A. Nob.s Maniacis Cancell.s ex.it, et facta quia
ideo sub.t, et sig.it in fidem L.D.O.M.

Die 6. Julij 1715

In Nõe Domini Amen anno eiusdem Nativitatis
@ 845 - ag. à 85 p terz. Millesimo Trientes.° Trigesi: secundo anno 15.

In Colloquio celebrato Glemone, in quo non interv...
133r — 17. Februarij die Dom.ᶜᵃ, 17 mensis Februarij facti fuerunt Conti-
-tiarij infrascr.

Pro Prelatis

Dnus Episcopus Concordiensis
Dnus Presbiter Canonicus Concordiensis

Pro Liberis

Dnus Ioannes de Villa...
Dnus Ioan... de Polcinico

Pro Cumunitatibus

Ego de Dni Comij
Federicus de Sauorgnano Dnus Federicus de Sauorgnano
Dnus Fedrigin... della Turre

Pro Ministerialibus

Dnus Federicus de Cucanea
Dnus ... de Prata ...
... Perscunia ... Spilimbergo } Milite ...
Dnus Federicus de Pers
Dnus Federicus de Murutio
Dnus Odoricus de Stras...do

Dnus Asquinus de [illegible]

Dnus [illegible] de [illegible]

[illegible] comitatus electi fuerunt

Dnus Abbas [illegible]

Dnus [illegible] de [illegible]

Dnus Ioannes de [illegible]

Dnus Federicus de [illegible]

Ad Secretas [illegible] electi fuerunt

Dnus Episcopus Concordiensis

Dnus Abbas Rosacensis

Dnus Odoricus de Sucanea

S. N. Ego Stephanus de Vadiis [illegible] Matriculatus Successorum [illegible] sive electiones ex [illegible], et Protocholis [illegible] et [illegible], et Cancellarii [illegible] Pagani della Turre Patriarce Aquileien[sis] existentibus penes [illegible] Doctores Dnum [illegible] nium, et Martinum Fratres de [illegible] requisitus [illegible] fideliter extraxi. In quorum fidem [illegible]

[illegible]

In Xpi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis Millesimo

1330 Trecentesimo trigesimo Ind. tertia decima

6. July

Infrascripti Consiliarii Collectum fuit die 6. mensis Julii 1 stimi in arco quarum, et firmata fuit sua Vnio e Lega facta inter Dnum Patriarcham et Communitatem Civitatis Aquileiensis da una parte et Dnum Frigonem Hamenstr. Cast. Comitatus Goritie et servitores dicti Domi- -natus ex altera parte, et firmata per totum Collegium Idem opus factum sit Dnus Suscriptus Cancellarius, et Sindicus de predicta -

Et facti fuerunt Novi Consiliarij

Pro Prelatis

Dnus Abbas Rosacensis

Dnus Odoricus de S.to Spoldo

Pro Liberis

Dnus Joannes de Villalta

Dnus Bernardus de Strassoldo

Pro Comunitatibus

Dnus Guecilus de Atimis

Dnus Paulus Bisanus de Civitate

Dnus Joseph de Gemona

Federicus de Utino Dnus Federicus de Utino

Pro Ministerialibus

Pro Ministerialib[us]

D[omi]nus Odoricus de Cucanea
D[omi]nus Peregrinus de Spilimbergo
D[omi]nus Nicolaus de Castello
D[omi]nus Asquinus de Varmo
D[omi]nus Federicus de Muruchio
D[omi]nus Henricus de Prampero
D[omi]nus Articus de Varmo
D[omi]nus Franciscus de Strasoldo

Signum. Ego Laurentius de Cadys ... Utinen[sis] Collegiatae ... colloquium ex libri et protocollis ... Eusebij Notarij et Cancellarij ... D[omi]ni Pagani della Turre Sancte Patriarche Aquileiensis de p[rese]nti existentibus penes ... Doctores D[omi]nos Antonium, et Martinum fratres ... requisitus prout inueni fideliter extraxi in ...

In Nomine Dñi Amen: Anno eiusdem Nativitatis
1581 millesimo quingentesimo octuagesimo primo Indictione nona Delibera-

electio duodecim Consiliariorum quod Alteza Serenissima Lazarus Pamarca et delibera super apprehensione quam habetur de Comite friske

uli etiam Federicus de Sauorgnano Consiliarius

Delibera facta et firmata fuerunt in Conseglio celebrato in Utino in sala inferiori Castri et habitationis patriar-
-chalis die Jovis 18 mensis Aprilis in quo interfuerunt solito Liberi Ministeriales Comu-
-nitates et alij vocati ex quibus Collegi infrascriptas No-
-biles Personas

Dñus Frater Decanus Aquileiensis
Dñus Frater [illegible] Mosaci
Dñus Frater [illegible] Abbas [illegible]
Dñus [illegible] Decanus Ciuitatensis
Dñus [illegible] [illegible] de [illegible]
Dñus [illegible] Canonicus Aquileiensis
Dñus Comes de Carnia [illegible]
Dñus Antonius Miles de Prampero
Dñus [illegible] Miles de Prampero
Dñus Federicus de Villalta
Dñus [illegible] de Villalta
Dñus [illegible] de Cucanea
Dñus [illegible] de Cucanea
Dñus [illegible] de Cucanea
Dñus [illegible] de [illegible]

Dñus

Dnus Fantinus de Cucanea
Dnus [illegible] de Cucanea
Dnus [illegible] de [illegible]
Dnus [illegible] de [illegible]
Dnus Federicus de [illegible]
Dnus [illegible] della [illegible]
Dnus Hermagoras della Turre
Dnus [illegible] della Turre
Dnus [illegible] della Turre
Dnus [illegible] de Strasoldo
Dnus [illegible] de Strasoldo
Dnus Federicus de Savorgnano
Dnus Franciscus de [illegible]
Dnus [illegible] de Buasio
Dnus [illegible] de Budrio
Dnus [illegible] de [illegible]
Dnus Corradus Boianus
Dnus [illegible] pro [illegible]
Dnus Mag^r [illegible] Notarius
Botus Notarius
Federicus de Saluagni } de [illegible]
Manpheus Notarius de Aquilegia
Nicolaus Notarius de Glemona, et
aliorum quam plurimum multitudine [illegible]
Propositis per [illegible] dnum [illegible]
Eva-

Gratia [illegible] eius Aquileiensis Patriarch. dili-
-genter, et [illegible] intuitis, examinatis, et apprehen-
-sionibus, quae illatae sunt et inferuntur continue [illegible]
Ecclesiae Aquileiensi [illegible] servitoribus eiusdem, et
maxime nouiter in partibus Istriae et [illegible] ver[illegible] de
[illegible] Goritie [illegible] cum Petro de [illegible]. Paulus
ob quorum causam dictum Colloquium convocauerat.

Ipse dominus Patriarcha requisiuit instanter
omnes et singulos de Colloquio [illegible]
qua tenent sibi, et Ecclesiae Aquileiensi
atque ipsi [illegible] Mandauit.

Q[illegible] enim sunt praedicti sibi [illegible] debere fidelitatis
ut tenentur tanquam [illegible] servitores eiusdem [illegible]
Ecclesiae Aquileiensi, et prout expedit et consultum
[illegible] pro defensione honoris, et iurium Ecclesiae Aqui[illegible]-
-gensi [illegible] sibi [illegible] auxilium et fauorem.

[illegible] mouebatur ab uniuersis in dicto Colloquio
[illegible], quod [illegible] praedicta [illegible] agendum, et quid
consulebant prouisum fuit, ordinatum, ac firmatum
ibidem [illegible] discrepante, quod quia [illegible] ad
[illegible] super [illegible] consulat [illegible] per [illegible], quod
per multos annos [illegible] habere deberet [illegible]

[illegible]

Suos, qui erunt ibidem. Et quia ut noua fieret electio de Undecim Consiliarijs. Et de ductu Regiminis, de duobus pro liberis, de quatuor pro ministerialibus et de quatuor pro communitatibus, qui undecim simul cum alijs uiderent, facerent, agerent, et administrarent simul cum Dn̄o. Patriarcha omnia, et singula, que utilia et necessaria essent circa negotia pro honore et statu Ecclesie Aquileiensis, et seruitijs eiusdem. Qui undecim eandem habere potestatem, quam habet totum Parlamentum et quod quid quilibet ipsorum fieret idem habeat in locum et robur ac si per totum colloquium factum esset.

Curreptibus [illegible] et se in partes [illegible] nentibus iuxta communem consuetudinem omnibus de dicto Parlamento pro eligendis alijs undecim Consiliarijs.

Electi fuerunt infrascripti, qui de dicto Colloquio pro communibus agendis cum Dn̄o. Patriarcha remanserunt. Videlicet.

Dn̄us Decanus Aquileiensis
Dn̄us Abbas Rosacensis } Pro Prelatis

Manfredus Notarius pro Communitate Aquileie
[illegible] Boyanus pro Cumunitate Ciuidati
Federicus de Sauorgnano pro Cumunitate Utini
Federicus della [illegible] Capitaneus Glemone
pro Cumunitate Glemone.

Federicus

Federicus de Villalta
Bernardus de [illegible]oldo — Pro liberis
Arbicus de Priampergo
Quarnerius de [illegible]bergo — Pro Ministerialibus
[illegible] de [illegible]
Bizardus de Salvasone — Pro Ministerialibus.

Ego [illegible] de [illegible] Nob. [illegible] Notarius [illegible] Colloquium unà cum [illegible] ex libris, et Protocollis Egregii Eusebii [illegible], et [illegible] Rmi. [illegible] della [illegible] olim Patriarchæ Aquilejensis prout inveni [illegible] ex ipsis Protocollis existentibus penes [illegible] Antonium [illegible] Martinum [illegible] de Meulis in quorum fidem —

[illegible] Omnia in hoc [illegible] contenta media ex aliena manu educta ex Processu Olim formato ino [illegible] Nob. Dud. [illegible] Franciscum ex Nobb. Consortibus [illegible] ex una, et [illegible] Aloysium ex [illegible] ex alia manu olim [illegible] prout ex eius inscriptione [illegible] Not. ita ve[illegible] Ego Bertrandus de Colle[illegible] [illegible] subscripsi die [illegible] Aprilis [illegible]

mil
ifoa:
Ttini
Dum
iavchq.
uj ate
La:

In Nomine Domini Amen, Anno eiusd. Nativitatis Mil-
-lesimo trecentesimo trigesimo quinto; d.te tra. infra-
scripta facta sunt in Colloquio Generali celebrato d. tunc
per reverendum Patrem et Dominum Dominum Beltrandum
Miseratione Divina, ancor Sedis Aquileiensis Patriarcha:
Die quarta Mensis Iulij in quo interfuerunt infrascripte
Nobiles persone in sala inferioris Castri, et Palatij Pa-
triarcalis:

1335: 4 Luglio

Deliberatio Beltrandi Patriarchae, et Parlamenti gen. Bello inito contra Venetos et Duces de Carinthia occasione [illegible]

D. Guglielmus Decanus Aquileiensis
D. Frater Lodoycus Abbas Sextensis
D. Frater Gisevtus Abbas Mosacensis
D. Guido Decanus Civitatensis
D. Eusebius Canonicus Aquileiensis
D. Guglielmus Doctor Canonicus Civitatensis
D. Odoricus Miles }
Simon eius filius } de Cucanea
D.
Tomasutus eius Nepos

Hector di Utino

D. Hector de Utino Miles.
D. Articus Miles de Prampero
D. Iacobus Miles de Cormons
D. Guglielmus Miles de Tingrisvug.
D. Ioannes }
D. Odoricus } de Villalta
Maynardus }
D. Nicolaus de Ragonea
. . . . . Bertoldus de Bers
M. Ioannes Physic. }
Maphaeus Not. } de Aquileia
Stephanus Not. de Glemona
M. Odoricus Not. }
Gendrias de Cavnea } de Utino
D. Ermanus M. Comes de Ortembergh,
D. Raimineus de Pinzeona de Venbrich.

D. Philippus de Portis
D. Asquinus }
D. Vicardus } de Colloretto
D. Federicus de Maruttio
D. Ricardus de Iriano
D. Ermes de Strasoldo
D. Caluarus de Maniaco
D. Joannes de Ricavotta
D. Durisch de Varmo
Belluz di Savorgnano D. Bellus de Savorgnano
Bonius de Melso
Matthiusius }
Hendricus } de Sophumbergo
Nicolaus }
D. Arnoldus }
D. Nicolaus } de Brazzaco
Nicolusius de Attemps
Coradus Boianus }
Guimus de Canussio }
Ivicus d'Ecorie Longi } de Civitate
Hendricus }
Gubertinus de Nociaco Not.
Sandrus Brugnus

Et alij tam clerici quam laici de Comunitatibus Subditis, et Servitoribus Ecclesiae Aquileiensis in magna, et copiosa multitudine ad hoc specialiter congregati. Propositis igitur per dictum Dnum Patriarcham prudenter, et provide sermonibus suis super his propter quod dictum Colloquium fuerat convocatum videlicet propter Guerras, quas faciunt et movent Dux, et Comune Venetiarum Ecclesiae Aquileiensi tam in partibus Istriae, et in Partibus Fori Julij ac etiam propter spolia, apprensiones et damna quae cum exercitu suo infert et inferre minatur eidem Ecclesiae super Terra Sacili

Dnus

Dnus Ricardo de Camino Superiori quod omnes sint
Civiles et probi ad defendendam Patriam et libertatem suam.
Quesitum fuit more solito ab omnibus quid consulerent
et quid videbatur agendum consultum fuit ac delibe-
ratum et provisum ibidem ab omnibus unanimiter
nemine discrepante. quod omnes liberi, ministeriales
habitatores comunitates et servitores universi ec-
clesie Aquilegiensis constantes sint viriles et probi
cum pugnarent pro iustitia et Ecclesia Dei et Beate
Virginis Marie Matris et Dne Sue, ad sequendam
vexilla Aquilegiensis et personam dicti Dni Patriar-
che qui personaliter corpus suum et bona quecum-
que in modo se obtulerat exposita pro deffensio-
ne iusticie et honoris suorum et posterorum suorum,
ne in servitute cadant et miseriam perpetuam, et
quod omnes sint parati equis et armis cum impo-
sitionibus suis et non venientibus imponatur certa pe-
na per dictum Colloquium, que penitus et omnino
exigi debeat et nullus relaxetur a pena predicta.
Preterea dictum fuit per Dnum decanum Aquilegiensem
predictum nomine Dni Patriarche, et sui Consilij
. . . . huiusmodi propter pericula
incumbentia expeditionem requirat facte erant
quedam provisiones per Dnum Patriarcham et consilia-
rios suos super modo et ordine servandis in guerra
et deffensione predicta, quas audire deberent et
inteligere ut si placeret colloquio procederent, sin
autem fierent super predictis prout melius eidem
Colloquio videretur, quod tales sunt.
In primis, quod die Jovis proxime post misse cele-
brationem Dnus Patriarcha equitare debeat ad
terram Quadruvij cum gente sua et Aquilegiensis
ecclesie ita quod sit ibi bona hora, et de inde cum
gentis sue quantitate procedat prout suo consil-
lio

Consilia videbit.
Item quod tota Terra Forijulij sit divisa per quarterios, sive in quinque partes hoc modo.
Primus Quarterius sit Civitas Austriæ cum toto eo quod est inter flumina Turris et Judri, et cum tota Sclavania et Collib. et huius Quarterij Capitaneus sit Dnus Filipolus de Portis pro primo mense tantum, et Consiliarij sui sint Dni Joannes de Cucanea, et Hermanus de Attemps
Secundus Quarterius est Civitate Aquilensi cum Dominio montis Falconis, et cum toto eo quod est subtus stratam altam usque ad Tulmentum et huius Quarterij sit Cap. Dnus Nicolaus de Castello et eius Consiliarij sint Dnus Henricus de Strassoldo, et Dnus Babilea de Zarono pro primo mense tantu tam Cap. quam Consiliarij modo simili duraturi.
Tertius Quarterius est Terra Utini cum toto eo quod est citra flumina Turris, et Judriæ, et citra stratam altam usque Colloretam, Ursis, Pers, et Santum Daniellem exclusive, et usque Tulmentum, et huius Quarterij Cap. sit pro primo mense ut supra dictum est Dnus Federicus de Savorgnano et Consiliarij sui sint Dnus Odoricus de Villalta, et Dnus Federicus de Maruth
Quartus Quarterius sit Terra Glemone cum Terento, et quid quod est ultra Colloretam, Ursis, Pers, et Santum Daniellem inclusive et cum Carnea, et Canali Silutez et huius Quarterij Cap. sit Dnus Articus de Prampero modo predicto pro primo mense, et Consiliarij sui sint Dnus Asquinus de Colloretto, et Dnus Conradelo de S.to Danielle.
Quintus Quarterius sit totum id, quod est ultra Tulmentum, et huius Quarterij Cap. sit pro dicto tempore tantum huius mensis Dnus Prignea de Spilimbergo, et Consiliarij sui sint Dnus Brettabia de Pulcilijs

Pullilijs, et Nicolaus de Prata.
Quaquidem ordinatione diuulgata quesitum fuit ab omnibus de dicto Colloquio si placebat dicta ordinatio, et quid eis uidebatur, et tunc singuli interogati more solito dicentes et respondentes ordinationem prefatam bonam et utilem esse et ipsam uigore totius Colloquij approbauerunt, et confirmauerunt.
Petito deinde per ipsum Dnum Patriarcham quid uidebatur agendum, et quali pena puniendi essent illi, qui subditi sunt Ecclesie Aquiliensi, et in tanto negotio inobedientes essent Dno Patriarche, et Ecclesie Aquiliensi ordinatum fuit et firmatum quod priuati sint proprio, et feudo et contra bona eorum procedatur ubicumque illa inueniantur et quod ex nunc feratur sententia contra illos tales et sic sententiatum fuit per omnes interogatos more solito nemine discrepante quod quicumque non uenerint, et non affuerint Dno Patriarche pro deffensione predicta, sed qui inimicis astiterint consilio uel fauore publico uel occulto, ex nunc priuati sint sine aliqua citatione uel requisitione, proprio, et feudo, et pro debebatur habeantur de cetero Aquiliensi Ecclesie et ad perpetuam memoriam et confusionem, et robora eorum tanquam proditores Ecclesie Aquiliensis depingantur in Palaciis Patriarchalibus Aquilegie, Ciuitatensis Glemone et Utini et quod nulle preces pro eis audiantur nec admitantur. et quod omnes de Colloquio adstabunt Dno Patriarche ad mandandam sententiam huiusmodi executioni saluo ordine Prelatorum ibidem existentium super damnatione personali talium proditorum, et sic omnes de Colloquio predicti iurauerunt agere, et perficere tactis sacris scripturis ad Santa Dei Euangelia.
Ordinatum fuit etiam ibidem tunc, et firmatum per totum

Colloquium quod efficientes in Mostra et equitatione predicta iuxta impositionem unicuique datam quocumque fuerint si equis sit penam alias impositam per Colloquium auferat si vero pedes fuerit pro primo die quo non inveniatur in exercitu perdat XX denarios et inde singulis diebus quibus non invenietur perdat quoties dies . . . . . ad quas penas exigendas omnes de Colloquio promiserunt per fidem eorum mittere de Patriarche predi°

Quibus sic peractis idem Dnus Patriarcha in pleno colloquio predicto illos de Tercano ad se vocavit quoniam erant ibidem silicet Dnus Ricardus de Tercano, et Federicum de Prunetio et allios tres ad quod spectat portandi banderiam Ecclesie Aquileiensis in Nomine Patris, et Dei Eterni, et Beate Gloriose Virginis Marie Matris eius, et Beatorum Martirum Hermacore et Fortunati Patroni Ecclesie Aquileiensis prestito per ipsos Iuramento ad S.ta Dei Evangelia tactis Sacris Scripturis quod banderam ipsam contra hostes servabunt fideliter et custodient toto eorum posse, et quod non evitabunt mortem vel terga volvent Hostibus pro defensione honoris et libertatis Ecclesie Aquileiensis et Servitorum eiusdem et quod iustitiam facient, et cetera que spectant ad offitium . . . procurabunt et adimplebunt iuxta possibilitatem eorum fideliter ex . . . . . . et sic Deus ipsos adiuvent ad S.ta Dei Evangelia.

Finito igitur Colloquio prefactus Dnus Patriarcha mandavit quod sapientes, et Consiliarij remanerent et se traherent in partem ad consulendum tractandum, et ordinandum et providendum super his, que restabant agenda pro custodia terre, et alijs incumbentibus.

Signum Not:

Antescpta Parlam.to cum precedenti productionis actu ex Processu formato inter Nob: Dominum Ioannem Nicolaum

De

de Tricano ex una et Nob: D.nam Vrsolam Valentis ex alia existente penes Nob. et Ecc. D.num Alphonsum Arcanum requisitus Thomas Salla Aute Ven.ta et Colleg. Vtini Not.s extraxit, seq: in fidem subscripsit cum signo solito

Vtini die xx Februarij 1651

q.m Dni Belli de Savorgnano prout de proc. huiusmodi
constat pub.co Instrum. Scripto manu mei Nicolutij
Not. infrascripti sub instantibus mill. et ind. die 17 Ja-
nuarij. Ac etiam Sindici et Procuratores, ac Sindicario
et Proc. nomine Comunitatis Utinensis prout de hui-
modi Sindicatu, et Procuratorio constat pub.co In-
strum.to Scripto manu mei Nicolutij Not. Suprascripti
Sub instantibus mill. et ind. die 18 mensis Januarij

Discretus Vir

Discretus Vir Simon q.m Venuti de Venzono Sindicus, & Procurator, ac Sindicario & Proc.o nomine Communitatis Venzoni, prout de huiusmodi Sindicatu & Procurat.o constat pub.co Instrum.to Scripto manu Simonis Not.j q.m Nicolai Not.j de Venzono sub instanti Mill.o & Ind.e die 17 mensis Januarij a me Not.o infrascripto viso, & lecto. Discretus Vir Joannes q.m Sphichelij de Sacillo, Sindicus, & Proc.r ac Sindicario, & Proc.o no(mi)ne Comunitatis Sacilli, prout de huiusmodi Sindicatu & Procuratorio constat publico Instrum.to Scripto manu Jacobi q.m Ser Bellatti de Sacillo sub instanti Mill.o & Ind.e die 17 Januarij a me Not.o infrascripto viso, et lecto. Et Providi Viri Jacobus q.m Petri Vicatè, et Christophorus olim q. Antonij Muschini Cives Marani Sindici & Procuratores, ac Sindicario & Proc.o no(mi)ne Comunitatis Marani, prout de huiusmodi Sindicatu et procuratorio constat publico Instrum.to Scripto manu Jacobi Not.j de Utino habit. Marani q.m Organi de San pieto sub instanti Mill.o & Ind.e die 17 Januarij a me Not.o infrascripto viso, et lecto; Convenientes etiam ad dictum Locum Svadi pro conclusione, & execut.e predicta ac habentes ad infrascripta plenissimam libertatem ex parte altera. Sponte et ex certa scientia, ac matura deliberatione premissa, fecerunt, contraxerunt & firmaverunt ac faciunt contrahunt & firmant bonam puram et veram Ligam, unionem & confederationem interesse modis & nominibus supradictis inter perfactum Illustrem & Excelsum dominum Dominum Ducem et Comunem Venetiar. ex una parte, & perfactos nobiles, & Comunitates Patrie Fori Iulij ex altera parte, cum infrascriptis pactis conventionibus, modis, formis, et tenoribus per, & inter dictas partes dictis nominibus, & modis initis, et factis solemnibus:

Stipulat.e

Stipulat.e ualatis.

Pacta Foederis.—

1 Inprimis, quod in Nomine Jesu Christi & gloriose Virginis Marie Matris eius & gloriosi Euangeliste Sancti Marci, ac Sanctor. Hermacore et Fortunati & totius curie Celestis, Presens Liga, Unio & confederatio fiat & sit per Terram pro bono, & conseruatione Terrarum & Locorum ac Libertatis & franchisiarum Ecclesie Aquileiens, & Patrie Fori Julij ad honorem & statum Revmi in Christo Patris & Dni dni Philippi de Sacro Sancte Romane Ecclesie Cardinalis, & Patriarcha Aquileien ipso uolente regere, & regente secundum consuetudinem alior. Patriarcharum & Sacramentum per ipsum habitum a Romana Eclesia, ac etiam ad honorem, & pro bono, & comodo agendum Communis Venetiar.

Nota sino a questo segno la prima è registrata nel Cartattico ... Edit. de Fedeli li 12 8bre 1621

12 Item Quod ipsa Liga, & unio sit, et esse debeat per Terram ad defensionem Ecclesie Aquileiens, & Patrie Fori Julij ut dictum est contra quos cumque Dnos, Comunitates et personas cuiuscumq. conditionis existant inuadentes Terras & Loca dicte Ecclesie, & Patrie Fori Julij exceptis Sanctis.mo Dno Dno nro Papa, Serenis.mo Dno Imperatore seu Rege Romanor. Corona, & Rege Vngarie, Dnis Ducibus Austrie, & Dno Comite Goritie

13 Item, Quod presens Liga & Unio duret & durare debeat per tres annos proxime uenturos incohando a die celebrationis presentis contractus

4 Item Quod omnes Castellani ac Nobiles & Comunitates Patrie Fori Julij qui presentialiter non sunt in ista Liga, & unione habeant libertatem intrandi in eam usque ad unum mensem proximum a die stipulationis presentis—

presentis contractus & D̃nus Dux & Comune Venetiar
ac omnes alij coligati in presenti Liga, et unione spe-
cificati & declarati teneantur eos, & eas ac ipsor. et ipsar
quemlibet recipere in se Liga eis modis et conditionibus
quibus supradicti Nobiles & Comunitates in Liga present-
taliter existentes, Vero ut hoc melius adimpleri & exequi
possit D̃nus Dux, et Comune Venetiar mittere teneantur
unum vel duos de suis Nobiles Utinum cum mandato ad
plenum ad recipiendum eos Nobiles & Comunitates qui,
vel que intrare voluerint in Ligam predictam, per quem,
vel per quos Nobiles et alios in unione existentes vel
eorum Sindicos, & procuratores provideri debeant de illis,
qui non intervenirent secundum quod pro bono Lige,
et unionis dicto Nobili vel Nobilibus et alijs de Liga,
vel Sindicis, et procuratoribus ipsorum utilius, et melius
apparebit, et si hoc medio tempore vel transacto ter-
mino supprad: aliquis vel aliqui de predictis, qui in
intercederent in Liga se discooperirent in receptando,
vel dando alicui auxilium, Consilium vel favorem contra
bonum Lighe, et unionis, eo casu debent tales haberi, et
tractari pro inimicis per quoscumque de Liga.

5: Item. Quod in presenti Liga, et unione pro defensione Eccle-
sie Aquileiensis et Patrie Fori Iulij et pro bono istius
unionis ut superius dictum est poni debeant per omnes
existentes in Liga Lancee quingente equestres, que
ut partibus apparet videntur esse necessaria pro defensio-
ne Ecclesie, et Patrie suppradicte et pro bono totius Lighe
quarum Lancearum medietas vid: CCL poni debeat per
D̃num Ducem, et Comune Ventiar pro sua medietate,
et alie lancee CCL per supra scriptos Castellanos Nobiles,
et Comunitates specificatos in presenti Contractu &
per alios Nobiles, vel alias Comunitates, qui, vel que
de novo

de novo intrarent in Ligam presentem pro alia medietate, Verum
Si videbitur partibus scilicet Dno Duci et Comuni Venetiarum
pro una parte & supradictis, et alijs omnibus qui erant et
intrabunt in dicta Liga pro altera consideratis casibus
qui possent occurrere quod ad defensionem Ecclesie Aquilegiensis
et dicte Patrie non foret necessaria simul et semel tota
quantitas et numerus evero Lancearum predictarum, tunc fieri
et accipi debeat de tempore in tempus illa quantitas et nu=
merus Lancearum qui videbitur partibus fore necessarius
Secundum casus qui occurrerit usque quantitatem Lancearum
quingentarum predictarum ponentibus semper partibus illum
numerum per metam ita quod etiam in eo casu Comune
Venetiarum ponat medietatem talium Lancearum, et alij colli=
gati omnes alia medietatem ut est iustum; Quas quidem
dem Lanceas utraque partium teneant teneri ad unum
tempus et terminum una pars sicut altera secundum
quod melius videbitur partibus supradictis.

6 Item, Quod in Casu quo per partes sentiatur a certo quod per
aliquem fiant gentes pro invadendo Patria Fori Julij, &
illi de Patria qui sunt in unione et Liga predicta,
requirent Dnum Ducem et Comune Venetiarum quod dare
debeant gentes suas eo casu infra unum mensem
Dnus Dux et Comune Venetiarum teneatur, postquam fuerint
requesiti dare illas Lanceas que erant necessaria ponentibus
ipsis de Foro Julij tantum pro sua medietate, quantum ponet
Comune Venetiarum pro sua, usque ad numerum Lancearum
quingentarum, ut superius dictum est in Capitulo supradicto
de hoc mentionem faciente, et vicissim ipsi de Patria
Fori Julij teneantur facere de gentibus quas dare debent Dno
Duci, et Comuni Venetiarum per formam presentis unio=
nis, & Lighe

7 Item Quod gentes, quas ponet Illmus Dnus Dux et Comune Ve=
netiarum in Liga et unione presenti, stare debeant ad

defensionem

defensione Terrarū & Locor. Patriæ Fori Julij, et non recedere de Patria per aliquē modū; gentes vero Patriæ prædictæ possint ire et guerizzare etiā per alias partes et loca sicut eis uidebit, et placebit pro bono agendor. suor.

8. Itē Quod Dnus Dux, et Comune Venetiar. deveant & possint accipere facere & soldare Lanceas suas ubi et sicut et per illū modū qui sibi uidebit, quib. Lanceis debeat prædictus Dnus Dux, & Comune Venetiar. constituere unū Capitaneū, & suos officiales sicut eis uidebit, & similiter alij coligati de Patria debeant constituere unū aliū suū Capitaneū gentiū suarum & suos officialles ut eis videbit, et placebit, que quidem gentes debeant esse unite et equitare, ire, & stare ubi et in illis partib. & locis & sicut per dictos Capitaneos fuerit ordinatum, non exeuntib. tamen gentib. Comunis Venetiar. extra Patream Fori Julij, ut superius dictū est.

9. Itē Quod Capitaneus gentiū Comunis Venetiar. in omni Loco Terra Fortilicia & parte ubi se reperit debeat facere ratione & iustitiā in ciuilib. et Criminalib. inter gentes sibi commissas, et similiter Capitaneus Patriæ Fori Julij possit facere rationem & iustitiam in Ciuilib. & Criminalib. inter gentes suas reperiendo se in Terris & Locis Dni Ducis, et Comunis Venetiar. ad Seruitiū suū ut iustū est.

10. Item Quod gentib. Comunis Venetiar. in Patria Fori Julij dentur & dari debeant uictualia & refrescamenta & alia neccessaria per collegatos, pro eorū pecunijs ad preciū quod ualebunt comuniter per contractam & Patriam Fori Julij & similiter dentur uictualia, & refrescamenta, & alia neccessaria gentib. Furlanorū in Territorio Dominij Venetiar. pro pretio quod ualebunt comuniter per contratam, in casu quo essent ad Seruitiū Dominij prædicti —

11 Itē Quod gentes Comunis Venetiar. receptent & receptari debeant in Terris Locis, & partib. Patriæ Fori Julij fauorabiliter & benigne ut iustū est, & similiter gentes Furlanor. receptentur in

Terris

in Terris et locis predictis Dominij, quando erunt ad servitium Dominij Venetiar.

12. Item Si aliquo casu, per aliquem vel aliquos cuiuscumque conditionis existant etiam si forent de superius exceptis Sanctiss.mo Dno nro Papa, Corona et Regno Vngarie, moveretur Guerra per Mare Domino Duci et Comuni Venetiar., quod suprascripti in presenti Liga, et unione specificati, et alij qui de novo intrarent teneantur prohibere eis, ac gentibus suis portas, Flumina et Loca sua maritima et non dare eis victualia nec refrescamenta ullo modo, verum Domino Duci et Comuni Venetiar. et gentibus suis concedere debeant, et dare portus, Flumina et Loca sua maritima suprascripta, ita quod intrare, stare, et exire possint pro sue libito voluntatis, ac exibere eis victualia, et refrescamenta pro pecunijs eorum cum securitate semper locorum suorum.

13. Item Si et quotiescumque durante Liga presenti aliquis veniret ad damnum Domini Ducis et Comunis Venetiar. per Terram ad loca, et Terras et loca subdita ipsi Domino Duci et Comuni Venetiar., intelligendo Terras et loca subdita dicto Dno Duci et Comuni Venetiar. Mestre, et Mestrine, Mutestre, et Terris pontis Plavis cum villis que tenentur ad presens per ipsum Dnum Ducem et Comune Venetiar. et Terras omnes et loca Istrie subdita ipsi Dno Duci, et Communi Venetiar. et que tenent, et possident per eos, quod liceat predicto Dno Duci, et Comuni Venetiar. existente Guerra in partibus Fori Julij, in predicto casu accipere, et revocare de gentibus suis quas habent in Liga usque ad numerum lancear. c 4 secundum quod eis videbitur, donec erunt in concordia cum illis qui venissent ad damnum Terrar. et locor. suor. predictorum. Si vero Guerra non esset in partibus Fori Julij, et Liga habere gentes quod tunc in eo casu Dnus Dux, et Comune Venetiarum possint

accipere

accipere et revocare omnes gentes suas quas haberent in Liga, et de ipsis disponere pro servitijs suis ad suę libitum voluntatis, ultra hoc in dicto casu illi de Patria Fori Julij existentes, et qui erunt in Liga presenti dare teneantur ipsi Dño Duci et Comuni Venetiar. de gentib. suis quas haberent in Liga ad soldum, et firmam Lanceas ducentas ad omnes suas expensas, si eas invenirent se habere, et si tot non haberent illam quantitatem, quam se habere reperirent, non possendo tamen dare pauciores Lanceas Centum, usque ad complementum firmę suę donec Dnus Dux, et Commune Venetiar. erunt in concordio cum illis, qui venissent ad damnum terrar. et Locorum suor. suprascriptor., et si firma dictar. gentium compleret ante factum concordium supradictum teneantur predicti de Liga, et Patrię Fori Julij dare dicto Dño Duci, et Comuni Venetiar. Lanceas Centum ad omnes suas expensas donec erunt in Concordio cum illis qui venissent ad damnum terrar. et Locor. suor. suprascriptor. et similiter teneantur non habendo Gentes in Liga, dare Lanceas Centum ad omnes suas expensas, ipsi Dño Duci et Comuni Venetiar. donec erunt in concordio cum illis qui venissent ad damnum predictar. terrar. et Locor. suor.

14 Quam quidem Ligam unionem et confederationem nec non omnia alia, et singula suprascripta, et infrascripta in presenti Instrum.to contenta dicte partes Vid.t dicti Ambasciatores et Sindici prelibati Inditi Dñi Ducis et Communis Venetiar. pro una parte, et suprascripti Ambasciatores, et Sindici, et Procuratores Castellanor. Nobilium, et Communitatum Patrię Fori Julij pro altera parte durante presenti Liga pro se et nominib. proprijs ac nominibus quibus supra sponte, et ex certa scientia et non per errorem sibi invice per solemnem stipulationem, et

iuramentum

et iuramentum ...... ad Sancta dei Evangelia tactis cor:
poraliter SacroSanctis Scripturis promiserunt firma rata
& grata habere tenere attendere, et observare et inviola:
biliter adimplere, et in ulo contrafacere vel venire per se,
vel alium, Seu alios directe vel indirecte tacite vel ex:
presse nec aliquo quesito colore modo vel ingenio de
iure, vel de facto Sub pena quindecim millium ducatorum
auri que pena totiens committatur et exigatur et exigi
possit cum effectu per parte observante, et observare vo:
lentes a non observante, quotiens in predictis vel
aliquo predictorum pro parte ipsius inclyti Dni Ducis,
& Comuni Venetiarum vel per ipsos Castellanos Nobiles,
& Comunitates de Patria predicta vel per quemlibet
ipsorum in predictis, vel in aliquo predictorum fuerit con
trafactum & pena Soluta vel no Soluta Semel vel
pluries, nichilominus presens Instrumentum et om:
nia in ipso contenta firma permaneant & debeant
a partibus inviolabiliter observari pro quibus omnibus,
& Singulis firmiter observandis, ac inviolabiliter at:
tendendis dicte partes dictis nominibus, et modis Sibi
ad invicem Solemni Stipul. obligaverunt, Vid. pre:
dicti Ambasciatores Sindici et Procuratores pre
facti Illris, et Excelsi Dni Dni Ducis & Comunis Venetiarum
pro una parte omnia bona Comunis Venetiarum &
predicti Ambasciatores Sindici & Procuratores dictorum
Castellanorum Nobilium & Comunitatum Patrie Fori Julij
pro altera parte omnia bona sua, et dictorum Cas:
tellanorum Nobilium et Comunitatum quorum Sunt Procu:
ratores, et Sindici mobilia, et imobilia presentia &
futura, Renuntiantes expresse et ex certa Scientia
exceptioni doli mali, et in factum actioni quod me:
tus causa rei non Sic gesta privileggio fori &

Si convenerit

Si convenerit ff. de, in, om, & omni alijs legibus civilibus,
quas Canonicarum & municipalibus aux.° per quod se tueri,
aut defendere posset predicta vel aliquod predictorum
Insuper ipsi Ambasciatores, & Sindici dicti Dni Ducis &
communis Venetiarum sub pena, & obligationibus suprascriptis
per stipulationem solemniter promisserunt ipsis Am=
basciatoribus & Sindicis Castellanorum Nobilium, et Comunitatum
Patrie predicte quod infra unum mensem proxime ven=
turum post cellebrationem presentis contractus ipse
Dnus Dux et Comune Venetiarum per Instrumentum pu=
blicum eius bulla bullatum specialiter, et expresse ratif=
ficabunt, approbabunt et confirmabunt cum solemnitatibus
opportunis omnia et singula in presenti Instrumento con=
tenta, et dictum Instrumentum in publica forma redactum cum
dicta sua bulla infra dictum tempus mittent Utinum in
manibus regiminis et Comunitatis Utini; et versa vice
dicti Ambasciatores, Sindici, et Procuratores dictorum
Castellanorum Nobilium et Comunitatum Patrie Fori Iulij sub
penis, et obligationibus suprascriptis per stipulationem
solemniter promiserunt ipsis Ambasciatores, et Sin=
dicis dicti Inditi Dni Ducis et Communis Venetiarum quod
intra dictum tempus unius mensis prox. fut. post
celebrationem presentis contractus ipsi Castellani Nobiles,
et Communitates dicte Patrie Fori Iulij, scilicet quilibet
ipsorum Castellanorum et Nobilium per se, et quilibet dictarum
Comunitatum per se, per Instrumenta publica, bulla ipsorum
et ipsarum bullata specialiter, et expresse ratificabunt
approbabunt, et confirmabunt cum omni solemnitate
opportuna, predicta omnia, et singula in presenti
Instrumento contenta; que Instrumenta cum bullis pre=
dictis cum approbatione et ratificatione presentis Instrumenti,

ac omnium

ac omnium & singulorum in eo contentorum predicti Nobiles Castellani et Comunitates dicte Patrie Fori Julij dicto Dno Duci, & comuni Venetiarum infradicti unius mensis spatium destinabunt. Voluerunt etiam dicte partes sub penis & obligationibus omnibus, et singulis supradictis, quod si aliqua erant neccessaria ad maiorem corroborationem et firmitatem omnium, et singulorum in presenti Instrumento contentorum, et per utramque partem promissorum, quod ipsa omnia et singula que erant neccessaria facient approbari et confirmari ubi sicut et quando fuerit neccessarium, & opportunum cum consilio sapientum iuris ad omnem requisitionem alterius partis, hoc volentis, et requirentis infra spatium unius mensis proxime imediate sequentis post requisitionem predictam quibus omnibus sic solemniter celebratis et actis voluerunt & rogauerunt supradicti Sindici et Procuratores utriusque partis nominibus supradictis, quod per quondam Guhelmum Nottarium q.m Tomasini de Vincentijs, et me Nottarium supradictum fiant de predictis duo publica Instrumenta eiusdem consonantie, et tenoris.

Actum Ciuitatis Gradensis in Capitulo Sancti Ioanis Baptiste de Grado presentibus Venerabili in Christo Patre domino Fratre Pasqualino Abbate Sancti Petri della Remondina diecesis Caprulensis, Venerando Viro Domino Presbitero Hermagora Canonico Ecclesie Gradensis, ac prouidis Missano q.m Andriuccij de Fauentia, Antonio Leone de Mantua, Iacobo Nottario q.m Ogani de Sompiuto habitante Marani, Manato q.m Bertolini de Florentia Utini habitante, Simone q.m Guarnerij de Verzono, Bertrando q.m Ioanis Cerdij de Utino et Pardilino q.m Iacobi Pardilini de Spequimbergo

L. S. N. Testibus, & alijs pluribus ad hec vocatis, & rogatis

sequitur

De Notis Laurentii q. Nicolai de Sancta Maria la Longa Notarij, et Cancellarij Comunis, mihi commissis publicavi ego Robertus della Torre q. Nobilis Joannis de Salerno Civis Utini publicus Imperiali Auctoritate Not., sub signo, et nomine meis Consuetis

1389 Indic. XII

Die Lune primo Mensis Februarii. Actum in ... Aus...
super ... Consilii presentibus prudentibus viris ... Nicolao
q. ... Rizzelli de Civitate. Nicolao dicto Scarra ... canonici
1389: 1° Febr. de Canusio Odorico q. Azini de ..., Francisco de
Attens, Jacobo ... aurifice ..., Chulantio q. ... de
Solariis, Joanne filio ... q. Magistri ... ...
discretis viris Andaloni Not. ... quondam Odorico Not.
q. ... de Civitate, Nicolao Not. q. Leonardi ...
de Monasterio, Antonio Not. q. ... et Joanne Not. ...
... de Civitate Austrie Testibus et aliis ...

Antonia ... Rabianali, ... Not. ... Beatricis ... Not. ... Simeonis de Cucanea et Anton Not. Christofori de Cucanea

Coram ... viro Dño ... de Peregrinis de Justinopoli
in iure Canonico Licentiato, Reu. in Christo Patris et Dñi
Nri. Dni Joannis Incliti Moravie Marchionis Dei ... Sancte
Sedis Aquileiensis Dignissimi Patriarche, in temporalibus
Vicarius Generali, in Judicio comparentibus discreto Joanne
Not. Advocato de Civitate Austrie tamquam Proc. et pro-
curatorio nomine per viam substitutionis Nobilis et
honeste Dne Beatricis olim primo Uxoris q. ... militis
Dni Nicolai olim Dni Simonis de Cucanea, et secundo
Uxoris relicte q. ... militis Dni Gualter ... fordi
de Spelimbergo ex parte una agente, et Nobili Simeone
q. Christoforo filio maiori ... et herede q. Nobilis
Viri q. Gabrielis olim filii q. Dni Simonis de Cucanea

parte ex altera se defendente nomine et occasione tre:
:centum librarum parvorum pro Morzingabiis dictę Dnę
Beatricis eidem promissarum tempore Matrimonii contracti
inter eam et prefatum q.m Dnum Nicolaum militem de
Cucanea eius primum Maritum, in quodam termino ipsis
partibus ad diem hodiernam statuto ad audiendam relationem
Antonii Notarii Peregrini ad dicta Calculum referendum
aliis inter ipsas partes deputati super productis, et
probatis per dictas partes litigantes in causa predicta, et
sic quidem Antonius referendarius deputatus retulit,
et dixit se invenisse, quod ad instantiam Nicolai Notarii
q.m Manini de Utino uti Procuratoris Dnę Beatricis
quedam Cedula emanata et presentata fuit dicto Chris:
:tophoro pro se, et fratribus suis filiis q.m Gabrielis olim
filii q.m Dni Simonis de Cucanea tamquam heredum,
seu bonorum possessorum q.m Antedicti Dni Simonis dictorum
Christophori, et fratrum suorum, quia q.m Dnus Simon fuit heres
seu bonorum possessor antedicti olim Dni Nicolai Militis, et
q. Gabrielis suorum filiorum, ut cum ipso Nicolao Notario
procuratorio nomine, quos in Concordio esse debet de dic:
:tis trecentum libris parvorum pro contrapacto et de ipsis
quatuor centum libris parvorum pro Morzingabiis predictę
Dnę Beatricis eidem promissis, ut supra, et retulit se
invenisse

inuenisse quod quodam die lune octauo Aprilis comparen=
=tibus in iudicio coram ipso Dno Vicario Joanne Not.o Civili
predicto, et Martino Not.o ut Proc.e substituto in lite Dne
Beatricis ibidem Generaliter legitim.ato uiro cuiusdam
procuratorij suprascripti manu Nicolai Notarij filij
q.m Supertini Notarij de Spilimbergo sub millesimo
terrentes.mo octuagesimo quinto ind.e octaua die primo
Februarij, et unum substitutionis seu manu Christofori
Notarij Michilini de Utino sub primo dictis milles.o et ind.e
die primo Februarij, ex una, et dicto Christoforo pro se
tantum, et non pro fratribus ex alia, et facta tunc ibi
petitione per ipsos Joanne Notario Procuratore substi=
=tutum dicte Dne Beatricis de contentis in Citatione,
dictus Christoforus comparens pro se, et non pro fratribus
petijt doceri de petitis, quia ea ignorabat, ubi tunc
dicti Joannes Iuar, et Martinus Procuratores substituti
ut supra produxerunt quoddam instrumentum transa=
=ctionis, et constitutionis dotis suprascripte manu dicti
Notarij de Spenimbergo ex notis q.m Dni Supertini sui
Patris in Millesimo tercentesimo sexagesimo indict.e
xiii.a die Sabati septima intrante mense Novemb.
continens qualiter Dna Margarita filia q.m Seris
de Pola, et Uxor q.m Dni Bartholomei de Spegnimbergo

et Dnus Simon de Cucan... contraxerat sponsalia inter ipsam Dnam Beatricem, et Dnum Nicolaum ipsius Dni Simonis Filium, quod Dna Beatrix dotata fuit cum duobus millibus libris, et facta fuerint contrapacta pro parte dicti Dni Simonis de libris tercentum parvorum, et promiserint facere compleri Matrimonium inter ipsos Dnum Nicolaum, et Dnam Beatricem sub pena centum Marcharum, cuius quidem Instrumenti petita fuit copia per dictum Christoforum cum animo opponendi, que subito data fuit, et limitato termino ipsi Christoforo ad opponendum ad tertium diem, et procedendi, in quo termini limitationis dictus Christoforus opposuit contra ipsum instrumentum hoc modo, et opponendo dixit, quod Dnus Simon non fuit heres, nec possessor bonorum q. Dni Nicolai Militis sui filii. Item quod dictum Instrumentum ipsum in aliquo non obligat, salvis aliis oppositionibus debitis loco, et tempore dicendis, et allegandis: et factis dictis oppositionibus dictus Joannes Zuar dicto Nomine petiit terminum ad respondendum oppositionibus predictis, cui sententialiter statutus fuit terminus ad diem Mercurii proximi instantis Maii. Quo die xvii Maii ipsis partibus comparentibus in Judicio dictus Joannes Zuar dicto Nomine respondendo prime oppositioni facte per dictum Christoforum, quia tunc

nunc Pater presumit heres filij. Item secundo dixit respondendo instrumentum esse obligatorium asserens, quod non videbat ipsum Christoforum velle negare quod Dnus Nicolaus Miles promotus fuit eidem Dno Simoni suo Petri, quod idem Christoforus confessus fuit. Et quia quidem Presbiter habebat instrumentum Morgingabij a quo id habere non poterat, ad istantiam dicti Joannis dicto nomine statutus fuit terminus ipsi Christoforo ad tertiam diem. Item retulit se invenisse, quod in Millessimo terrentesimo octuagesimo nono die Lune xi. Januarij comparentibus in Judicio Nicolao Notario Manini procuratorio nomine dicte Dne Beatricij, et Christoforo predicto, idem Nicolaus Not.s produxit secundum instrumentum sponsalitiorum, et constitutionis dotis, et quoddam instrumentum Morgingabij facti per dictum Dnum Nicolaum Militem de Cucanea primum Maritum ipsius Dne Beatricij, eidem Dne Beatrici de quattuor centum libris parvorum, in quo instrum.to Dnus Odoricus Miles de Cucanea, Vicardus q.m Dni Caldi de Colloreto, Vicardus q.m Dni Bertoldi del Tricano, et Enricus de Partistagno quilibet eorum pro rata petitionibus et instantijs ipsius

ipsius Dni Nicolai et pro ipso fideiussores extiterunt, scriptum manu Baptę Notarij de Sancto Toma prope Sanctum Danielem ex notis qm Gabrielis Notarij de Utino in Millesimo tercentesimo sexagesimo ind. xiii. die Nono Novembris, contra quę Instrumenta oppositum fuit per dictum Christoforum, quod dicta Instrumenta non obligabant qm Dnum Simonem, nec ipse Dnus Simon fuit heres nec possessor qm Dni Nicolai sui Filij, nec se in bonis et hereditate ipsius Dni Nicolai umquam inmiscuit et factis responsionibus per dictum Iohannem Zuar dicto Nomine, et supra conclusum fuit in Causa predicta, et deinde suffecit ipse ... iur refferendarius inter ipsas partes super petitionibus et probationibus pro ea hinc inde. Qua relatione per dictum refferendarium sic facta nominatus Ioannes Notarius Zuar procuratorio Nomine quo supra alle=gavit dicens quod dictus Christoforus predictis Nomi=nibus virtute dictorum Instrumentorum productorum et allegatorum teneatur et debeat compelli ad solvendas dictas tercentum libras eidem Dnę Beatrici pro contra=pacto predicto, eo quia idem Dnus Simon se obligavit facere compleri Matrimonium inter ipsum Dnum Nicolaum

Nicolaum suum filium, et dictam Dnam Beatricem pro ut isto Instrumento sponsalium, et in eius Clausula finali habetur, pro quibus omnibus ante dictis, et in ea contentis, et petitis, nec non tenetur tamquam heres Patris sui q.m filius ipsius Dni Simonis heredis, et Patris q.m Dni Nicolai predicti sui Filij de dictis quattuor centum librarum parvorum pro Morzingatio dicte Dne Beatricis, non obstante quod sint fideiussores pro dicto Dno Nicolao supradicti, et obligati, quia se impedivit de bonis, et rebus ipsius q.m Dni Nicolai, videlicet accipiendo, fruendo, et utendo equis, cingulis, et Armis ipsius q.m Dni Nicolai, et dato, quod se non impedivisset, et dictis res non habuisset tamquam heres ordine Mortalitatis servatis presumitur esse heres filii non renuncians hereditati ordine iuris et consuetudi=nis servato, et respondendo dictus Christoforus dixit se non debere de dictis centum libris pro contrapacto, quia idem Instrumentum, et Clausula in eo contenta non obligat dictum Nicolaum de dicto contrapacto, sed obligavet eum solumodo de complendo Matrimonio, et de manutenenda dote in casu restitutionis de quibus non est questio inter eos. quocirca petijt se absolui

debere à dicta restitutione contrahenti, et sic non teneri.
Item dixit se non teneri de dictis quattuor centum libris
parvorum pro Morgingabio predicto, quia non est heres
Dñi Nicolai in rebus paternis eius Patris, non enim Dñus
Simon se miscuit, nec umquam impediuit, seu impedi=
=uerat de bonis hereditatis dicti q.m Dñi Nicolai; non ob=
=stante eo, quod dicit, quod se impediuerit de equis, cin=
=gulis, et armis ipsius q.m Dñi Nicolai, quod negatur,
nam dato, quod se impediuisset, omnia dicta filij natu=
=raliter fuerunt, et censens esse Patris. Item non est
uerum, quod dictus Dñus Simon, quod non renunciauerit
hereditatem filij, nam si fuisset solummodo se abstinere
ab hereditate, et abstinendo intelligere renunciasse
iuribus omnibus concludens ideo petijt se à petitione
omnium predictorum absolui debere, et partem aduer=
=sam in expensis. Super quibus, et alijs pluribus al=
=legatis hinc inde per dictas partes finaliter petere
dicto Dño Vicario à circumscriptis per sententiam
deffiniri; quo circa nunc super premissis terminatum
fuit, quod idem Christoforus hereditario nomine, qui
=tenus uirtute dicti instrumenti sponsalium et Ca=
Clausulæ predictæ in eo contentæ, uidelicet pro quibus
omnibus

Omnibus se teneri dictae Dnae de dictis [illegible] libris parvuorum praedictorum ex contrapacto et [illegible] dictus Dnus Vicarius ipsi Ioanni [illegible] dicto nomine dari debeant nuncios ad accipiendum et utendum de bonis ipsius Christofori pro praedictis tercentum libris pro ut dictus Dnus Vicarius omnes Praecones et Nuncios Curiae absentes, tamquam praesentes in nuncios, et pro Nun=
=tijs, et quemlibet eorum insolidum [illegible] et assignavit.
Item Sententiam fuit, quod idem Christoforus non tene=
=bat, nec tenetur de quatuor centum libris pro morginga=
=bio dictae Dnae Beatricis, et ideo absolvit et absoluebam esse a petitione earundem, eo quia non censetur, nec probatum est Dnum Simeonem fuisse heredem filij, et quod supradicta Dna se tenere debeat ad Statu=
=tatem in Instrumento vulgato. A qua quidem sententia dictus Christoforus sentiens se gravatum nollens obtemperare, quia non tenebatur ad aliquid praedictorum, de ad Colloquium Generale appell[illegible].

Omissis

Ego Ioannes Notarius de Montefalcono habitans in Civitate Austriae scripsi –

Ex alia consimili in Papiro sententiam praemissam mihi

mihi ad exemp.landum xibitam med.te aliena fida manu
Joannis Antonius Zelmi U.I.D. Not.s Terre Sancti Danielis,
S. N. Maniacij: Cancell.s fideliter extraxi, et facta quia ideo
me subscripsi apposito signo in fidem L. D. O. M.
Die 17 Julij 1715

nteiro

... amen
... d.º
... livis
... ine
... eslai=
... Cone.
... tam
... o de
... Roma,
... thesis
... cidade

... enty
... anheiro
... pobres
... cendo
... era
... elina=
... dly
... edant
... ntras=
... im &
... fruits
... milho
... pessoa
... Dno

1392. 19. Decemb.

Permutatio (facta a Patriarcha) Joanne de Maniaco cum Nob. Joannino de Ragonea q. Nicolai Bolgi de Ringano (?) ...

In Christi nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo tricentesimo nonagesimo primo, Ind. 1.a die 19 Mensis Decembris.

Actum Civitatis Austriæ Aquilejensis Diœcesis in Patriarchali Palatio, et camera penes Ecclesiam maiorem. Præsentibus R.do in Xto Patre, et Domino D.o Augustino Dei Gratia Concord. Epis., Venerabilibus et circumspectis Viris D. D. Joannis Decano Civitatis, Antonio de Pontonis Decano Utini, Thomasio de Tolmino præposito S. Felicis de Aquileia, Francisco Viaisneh Aquilejensis Civitatis, ac Stephano de Dubrovnich, Aquil. Canc.s Egregiis Nobilibus, et prudentibus Viris Dno Nicolao Suneber, Rosam milite infrascripti Dni Patriæ Marascalco Generali, Joanne Padoano de Coloreto, Joanne Antonio q.m .... de Civitate Austriæ, Thoma q.m Nicolai de Pinzano in d.a Civitate Austriæ habitantibus, Johanne q.m ... subtili, et Dominico Nots de Monasterio ambobus de Civitate Austriæ, testibus ad infrascripta vocatis, specialiter rogatis.

Ibique R.dus in Xto Pater D. D. Joannes Dei Gratia S.tæ Sedis Aquilejensis dignissimus Patriarcha ex corde sui intimis desiderans, cupiens, et anhelans bona, castra, fortilitia, ac mensam suam suæque Aquilejensis Ecclesiæ totis viribus atque conatibus augere, ampliare, et meliorare, non parcendo laboribus, vel expensis, atque considerans infrascriptam permutationem in maximum comodum, profectum, et amplificationem, et meliorationem, statum, et augmentum utilitatem suam, dictæ Aquil. Ecclesiæ honorem cedere, cum partes infrascripti Castri Ragoneæ ad maiores cedant comodum, utilitatem, et honorem Aquil.s Ecclesiæ, qui bonis infrascriptis iuribus, bonaque data, et permutata per infrascriptum S. Joanninum dicto Dno Patriarchæ suo, successorumque suorum, et suæ Aquil.s Ecclesiæ nobis causa habita ratione, et consideratione duorum millium et ducentorum ducatorum superaddicto ipse S. Joanino per ipsum

Dno

Dnum Patha sint multo melioris valoris, quam bona Turris infrascripta data, et permutata per ipsum Dnum Patham eidem S. Joanino pro se ipso, et eius successoribus, ac vice et nomine dictae suae Aquileiensis Eccl.ae, cum Nobili Viro S. Joanino de Gagonea qm Nobilis S. Nicolusij Bogini de Vinkaro, ad hanc devenit concordiam, et permutationem, V.S. quod D. Patha antedictus pro se, et successoribus suis, ac vice, et nomine suae Aquil.e Eccl.ae de cons.o, voluntate, et expresso consensu Venerabilis Viri Dni Francisci Vraissing Testis supradicti, Sindici, et Procuratoris Venerabilium Virorum Dnorum Vice Decani, Canonicorum, et Capli dictae Aquileiensis Ecclesiae, tunc ad hanc permutationem, et oia et singula infrascripta vice, et nomine dicti Capli, prout constat super hoc per dictum caplum solemniter factos pro bono, utilitate, et augmento eiusdem Eccl.ae consentientes plenum, et speciale mandatum, prout de sindicatu, et Procuratorio huiusmodi pleni cons. tat publico Instrumento inde confecto, et scripto manu mei Joannis Notarij infrascripti sub presenti Millesimo, et indictione, die vero uenti uno presentis mensis Decembris dedit, tradidit assignauit, et permutauit dicto S. Joanino pro se, et suis heredibus recipienti, et consuetudinario pheudo, et iure pheudi, quo Nobiles de Gagonea antiquitus Castrum infrascriptum, seu partem Castri Gagonea habere in pheudum sunt consueti a suis precessoribus suae Aquil.s Eccl.ae supradictae, Castrum Turris suum, et suae Aquil.e Eccl.ae supradictae, Battiam, sive Burgum, quod est ante ipsum Castrum Turris cum toto tortilitio existenti intra fossata circumposita ipsi Castro cum toto garito, seu garitij, Advocatia, et capolatico, et universis iuribus et Jurisdictionibus spectantibus, et pertinentibus ad dictum Castrum Turris, tam in Villa dicti loci Turris, in Villis Zopole, et Ajonars, et alibi ubicumque. Item Mansus, reditus, et prouentus, ac bona infrascriptos, et infrascripta cum oi iure, et inmunitate garitum ad dictum Castrum Turris spectant et pertinentes, ac spectantia, et pertinentia V.S. in Villa Turris, Mansus, qui regitur per Nicolaum Joannis Rizoli reddens

annuatim

annuatim frumenti staria duo cum dimidio, Millei staria duo cum dimidio, Surgi staria tria, Vini Vinas tres, Gallinas duas cum Ouis XXX pullum unum, et pro prato solidos quadraginta. Duo Mansi, qui reguntur per Dominicum Pedrusij reddentes annuatim frumenti staria quatuor, Millei staria quatuor, surgi staria quinque, pullum unum, Galinas quatuor, Vini Vinas tres, Libram Porci sex, et pro prato Denariis quadraginta. Mansus, qui reggitur per Telay reddens annuatim frumenti stare unum, Millei stare unum Surgi stare unum, Vini Vinam unam, pullum unum, Galinas duas, cum Ouis XXX, et pro prato solidos viginti. Mansus, qui reggitur per Baldum, reddens annuatim frumenti stare unum, Millei stare unum, surgi stare unum, Vini Vinam mediam, Galinam unam, pullum medium, libras Carnium tres Porci. Mansus, qui reggitur per Pasutum reddens annuatim frumenti st. 1, Millei st. 1, surgi st. 1, Vini Vinam unam, pullum unum, Galinas duas, Oua XXX. libras Carnium Porci sex, et pro prato solidos viginti. Mansus, qui reggitur per Petrum della Suba reddens annuatim frumenti st. 2 ½, Millei st. 2, Surgi st. 2 ½ cum ~~dim~~ Vini Vinas duas, Galinas duas, Oua XXX. libras Carnium Porci sex, et pro prato solidos quadraginta. Mansus, qui reggit. per Jacobum q.m Francisci de Puluinigo reddens annuatim frumenti st. 2, Millei st. ½, surgi st. 1, Vini Vinam unam, Galinam unam, Oua XV, libram Piperis mediam, libras Carnium Porci tres Mansus qui reggitur per Blasutum reddens annuatim frumenti st. ½, et quartam unam Millei, Surgi st. 1, Vini Vinam unam, pullum unum, Galinas duas, Oua XXX. libras Carnium tres, et pro prato solidos viginta. Duo Mansi, qui reggunt. per Antonium de Megna reddentes annuatim frumenti st. 3 quartas tres, Millei st. 3, Surgi st. 4, Vini Vinas tres, pullos duos, Galinas quatuor Oua XXXXXX, libras carnium Porci sex. Mansus, qui reggit. per Venuchi dicti Petrus annuatim reddens frumenti st. 1 quartas tres, Millei st. 1 quartas tres, surgi st. 2, et Vini Vinam unam pullum unum, Galinas duas

Oua

Ova XXX. libras carnium Porci tres. Duo Mansi, qui regguntur per Almericum q.m Virbusij annuatim reddentes frumenti st. 2 ½, Millii st. 2 ½, Surgi st. 3, pullos duos, Galinas tres, Ova XXXX. libras carnium Porci sex. et pro duobus pratis solidos quadraginta. Mansus qui reggitur per Michaelem de Mazolij reddens annuatim frumenti st. 1 ½. Millei st. 1 ½, Surgi st. 2, pullum unum, Vini Urnam, et mediam, Galinas duas, Ova XXX. libras carnium Porci sex. Mansus qui reggitur per Rubertum q.m Francisci reddens annuatim frumenti st. 2 ½, Milei st. 2 ½, Surgi st. 3, pullum unum, Galinas duas, Ova XXX libram Piperis unam, libras carnium Porci sex. Mansus qui reggitur per Antonium reddens annuatim Millei st. medium, et quartam unam, Surgi st. medium, et quartam unam, Speltae quartam unam, Vini Urnam mediam, Galinam unam, Ova XV. libras carnium Porci tres. Mansus qui reggitur per Leonardum q.m Zambobin reddens annuatim frumenti st. 1, millei st. 1, Surgi st. 2, Vini Urnam unam, Galinam unam, Ova XV, libras carnium Porci tres. Mansus, qui regitur per Durigonum reddens annuatim frumenti st. medium, Millei quartas tres, Surgi st. medium, Vini Urnam mediam, Galinas duas, Ova triginta, libras Carnium Porci tres Mansus, qui regitur per Joannem Dorici reddens annuatim frumenti st. medium, Millei quartas tres, Surgi st. 1, Vini Urnam mediam, Galinam unam, Ova XV. libras carnium Porci tres. Mansus qui reggitur per Jacobum Zahem dicti Joannis reddens annuatim millei st. medium, Surgi st. 12, Vini situlam unam, Galinam unam, Ova XV libras carnium Porci tres. Item regalia infrascripta in dicta Villa Turris. et Primo Franciscus Zadutij solvit annuatim pro regalibus Surgi quartam unam, pullum unum. Michael Mazochi annuatim reddit pro regalia Surgi quartam unam, pullum unum Nicholussius Vignoduchio solvit annuatim pro regalia Surgi quartam unam, pullum unum Franciscus Zaduchi solvit annuatim pro regalibus Surgi quartam unam, Antonius Nepos q.m Joannis Rujoli solvit annuatim pro regalibus Surgi quartam unam, pullum unum.

Nicolussius

Nicholusius q.m Bunolini solvit pro regalia surgi quartam unam, pullum unum. Joanes Baldi solvit annuatim pro regalia surgi quartam unam, pullum unum. Columsius Claudius solvit annuatim pro regalia surgi quartam unam, pullum unum.

Item Braidam dicti loci Turris rectam per Brunum reddentem annuatim siliginis st. 4, Millei st. 4, surgi st. 3, Vini Urnas tres. Certi Campi recti per Franciscum Haducij reddentes annuatim Millei quartas duas, surgi quartas tres. Unus Campus rectus per Joanem de Ponte Naone reddens annuatim surgi quartam 1. Certum Territorium rectum per Magnum Vacunum de dicto loco Turris, pro quo solvit annuatim de livello surgi quartas sex, Millei quartas sex, et decimam Vini. Una Centa recta per Nicolaum de Cordenaono, in basilita dicti loci Turris dicte, pro qua solvit annuati de livello Millei st. 1, et mezinam unam, surgi st. 1, mezinam unam. Item unum Nemus, quod est circa Campos quadraginta. Item unum pratum, de quo recipiunt annuatim quinque Carros Feni. Item Advocatia Zoppola reddens annuatim libras 60 - solidorum, et certas Galinas, et tres capponos. Hoc non ad ivindarijs, Donialibus, Braidis, Pratis, Nemoribus, Molendinis, seu Molendinorum, sed iuribus venationibus, piscationibus, Pascuis, comuneis aquis, et aquarum decursibus ad dictum Castrum Turris dumtaxat spectantibus, et pertinentibus ad habendum, tenendum, et possidendum, dandum, donandum, vendendum, permutandum, insolutum dandum, pro anima, et corpore iudicandum. Et quidquid sibi, suisque haeredibus, et cui ius suum dare voluerint, deinceps placuerit perpetuo faciendum, sine contradictione dicti Dni Patha, eiusque successorum, vel alterius, cuiuscumque persone, et sue Aquileiensis Ecclesie predicte, non obstantibus aliquibus iuribus Canonicis, seu Civilibus statutis, constitutionibus reformationibus vel consuetudinibus aliquibus loquentibus in contrarium, omnibusque iuribus et actionibus, usibus seu requisitionibus, servitutibus comodis, et honoribus, bonis, et rebus superius permutatis. Salvis semper dicti Dni Patha, et successorum suorum in Castro possessionibus gravibus Advocatiarum ex bonis, quod, quas, et que idem Joanninus in Pheudum habitivus est ratione presentis permutationis iure pheudi segnadicti tali videlicet

nati

quali ipse Dnus Balthas et sui predecessores in dicto Castro, et parte Castri Ragon soliti est habere. Et hoc nominatim pro domo, et parte Castri Ragon olim Nob. Viri q. Zorzi de dicto loco Ragonea, Decani pro domo, et parte ipsius q. Joannini tal Paterna, quam Materna ipsius Castri Ragonea, cum omnibus et singulis domibus et amovibilibus, et livellis existentibus inter muros ipsius Castri Ragonea, cum garitu, seu garitibus advocatia, et consolatico, ac universis iuribus, et iurisdictionibus spectantibus, et pertinentibus ad dictum q. Joanninum, tam in Villa Ragonea, et districtu eius, quam in Villa Claunichi prope Belgradum. Item mansi, et bona infrascripta cum omni iure, et imunitate garitu ad dictum q. Joanninum spectantia, et pertinentia, si propria, iure proprio, si conditionali iure conditionis tunc pertinent eo iure quo et unde licet in Villa Ragonea Mansus qui regitur per Leanum q. Petri reddens annuatim frumenti st. 2, Avene st. 2, Millei st. 2, Vini Congia sex, hedum unum, unam spatulam, Gallinas duas, cum ovis Catoneis duobus, et de Prato den. XXVIII. Decima dicti Mansi eidem anno affictata reddens annuatim siliginis st. ½, Millei st. ½, Avene st. ½. Mansus, qui regitur per Alexium, et Joannem fratres, q. Araci reddens annuatim frumenti st. sex, Millei st. sex, Avene st. sex, Vini Congia duo, hedum j, spatulam j, Gallinas quatuor cum ovis, et de prato den. XIJ. Mansus de Alereto olim rectus per Muffam Molendinarium existens in pustota annuatim reddens frumenti st. 5, Avene st. 5, Millei st. . . spatulam j, Gallinas 2 cum ovis et denarios XIJ Mansus, qui regitur per Righetum annuatim reddens frumenti st. j ½, Avene st. j ½, Vini Congia ij, spatulam j, Gallinam j, cum ovis X. Mansus, qui regitur per Venarium q. Canciani de Martedello reddens annuatim frumenti st. 2, Millei st. j, Avene st. 2, et duas partes Vini. Mansus, qui regitur per Danielem q. Cavi, reddens annuatim frumenti st. 5, Millei st. 5, Avene st. 5 Vini Congia 4, hedum j, spatulam j, Gallinam j, cum ovis, et de prato denarios XX. Servenum q. Manicussij, qui regitur per Nicolaum Francisci reddens annuatim

annuatim pullos ij. Mansus, qui regit. per Simeone, de supra puttem
reddens annuatim frumenti st.ª 3, Millei st.ª 3, Auenæ st.ª 3, spatu-
las j, Gallinas 2, cum Ouis, et de prato denarios viij. Terrenum Braide,
de Monte eidem Simeoni afficatum reddens annuatim denarios XXiiii.
Mansus, qui regit. per Mathiam Vicomtij reddens annuatim frumenti
st.ª 2, Vini Congia 4, Gallinam j; Unus campus eidem Mathiæ afficatus
reddens annuatim frumenti mezenas tres. Baiarzeus de sub monte
cum canipa, cum Campo rectus per Leonardum Vernhin reddens annuatim
frumenti st.ª j, Vini Congia 2, spatulam j, Gallinam j, cum Ouis. Stantia
habitata per Christophorum Mazochi, et duo Campi eidem Christophoro
afficati reddens annuatim frumenti st.ª j, Gallinam unam cum Ouis.
Afficatus quicolæ dentus per post annuatim reddens frumenti st.ª 2
spatulam j, Gallinam unam, et Vinum per medium. Braida de post monte,
quæ regit. per Nicolussium habet dicti Bet annuatim reddens
frumenti st.ª j, Vini congia 4, spatulam j, Gallinam j, cum Ouis.
Baiarzius cum domuncula super eum posita rectus per Leonardum
Vacorhuber reddens annuatim de liuello libras solidorum 4. Mansus
rectus per Stephanum de Mursis, et Jacobum eius Nepotem reddens annu-
atim frumenti st.ª 3, Auenæ st.ª 2, Millei st.ª 3, Vini Congia 6,
hædum j, spatulam unam, Gallinas 2 cum Ouis, et de prato denarios XX.
Decima dicti Mansus eidem afficata, reddens annuatim frumenti
st. 2, et Auenæ st. 1. Decima Mansi, recti per Ponticum reddens
annuatim frumenti st. j, Millei st. j, Auenæ st. 1, Fagi st. 1.
Mansus, qui regit. per Stephanum de Foigaria reddens annuatim
frumenti st.ª 3, Millei st. 3, Auenæ st. 2, hædum j, spatulam j,
Gallinas 2 cum Ouis, et de prato denarios 6. Mansus, qui regitur
per Dominicum Aravgenusse, reddens annuatim frumenti st. 2
Millei st. 2, Auenæ st.ª 2, Fagi st. 2, siliginis st.ª 1/2, fabæ st.ª 1/2,
Vini Congium j, hædum medium, spatulam dimidiam, Gallinas duas
cum Ouis, et de prato denariis X. Mansus, qui regitur per Andream
qm

q.m Jacobi[?] reddens annuatim frumenti st. 2, Millei st. 2, Surgi st. 2, Avenę st. i siliginis st.a ½ fabę st.a ½ Vini Congius i, ha[?] dimidius, spatulas dimidias, Gallinas 2 cum Ovis, et de prato denarios x. Mansus qui regitur per Comutius Piccinum reddens annuatim frumenti st. i½, Millei st.a 2½, Avenę st.a 2½, Vini Congia 2, Gallinas 2, cum Ovis. Mansus qui regitur per Ovatinus de Pignara reddens annuatim frumenti st. 2½, Millei st.a 2½, Avenę st.a 2½, hędus unus, spatulam unam, Gallinas 2 cum Ovis et de prato den. 5. Terrenus de Boudreto rectus per Tomatinus Gannuti reddens frumenti st.a i, Avenę st. i, et de prato denarios xij, Surgi st.a i. Mansus rectus per Bonifus Pilini reddens annuatim frumenti st. 4, Millei st. 4, Avenę st. 4, Vini Congia 4, hędus unus, spatulas unas, Gallinas 3, cum Ovis, et de prato denarios xxiiii. Terrenus, et Baiarzius habitatus per Nicolusius q.m Petri Seloti reddentes annuatim Vini Congia sex, Gallinas unas, Spatulas unas. Terrenus prope S. Bartolomeus rectus per Conduseus Molendinarius reddens annuatim frumenti st. i, Avenę st. i, Vini Congia 2 Braida Sgoffi recta per Leonardus Rillu reddens annuatim frumenti st. i, Millei st. i, spatulas i, Gallinas i, et medietates decimę eiusdem Braidę, quas Nob. D.na Joannina relicta q.m dicti G Zoppi debet habere in vita sua tantum. Mansus rectus per Dominicus Zenarii olim Nicolai Magistrali reddens annuatim frumenti st.a 2, Millei st. 2, Avenę st. 2, Vini Congia 2, hędus unus, spatulas unas, Gallinas 2 cum Ovis, et de prato denarios viii. Terrenus Mansi Petri de Tauella eidem Dominico affictatus reddens annuatim Vini congia 9. Mansus qui regitur per Franciscum de Albereto reddens annuatim frumenti st.a i, mezinas unas, Milli st. i, spatulas unas, Gallinas unas cum Ovis, et duas partes Vini. Mansus rectus per Nicolusius Longo reddens annuatim frumenti st.a 2, Millei st.a 2, Avenę st.a 2, Congia Vini 2, hędus i

hadum, spatulam unam, Gallinas duas cum Ouis, et de prato denarios octo. Partes superior Sulmeti tentus per Haucuccium nautam reddens annuatim in quolibet Festo S. Georgij hadum unum, et festo Natiuitatis Dni capones duos. Mansus olim familiae rectus per Zulianum natum Susulini de Forgaria reddens annuatim frumenti sta 2½, Milei sta 2½, Auenę sta 2½, Vini Congia duo, hadum unum, spatulam unam, Gallinas duas cum Ouis, et de prato denarios sex. Ager, et Pratum de monte rectum per Sclaudesam reddens annuatim solidos quadraginta, et totum Vinum in Domeale de monte Iacentum Pretti Cornelli rectum per Stephanum Iuliani reddens annuatim frumenti sta iij, Millei sta ij, Auenę sta 2, et capones duos. Pratum Clauzzati rectum per ipsum Stephanum reddens annuatim Marcham denariorum unam. Territorium possessum per Daniselum Mussessauij reddens annuatim solidos quadraginta. Decima possessa per Marcellum, et Theodorum reddens annuatim frumenti Mezzinam unam. Decima unius Mansi recta per Antonium Rediume reddens annuatim frumenti sta ½, Millei sta ½, Auenę sta ½, Duo Campi de Manso Puliinici spectantes ad Braidam Elenam ipsi Antonio affictati reddentes annuatim frumenti mezinam unam, et Auenę Mezinam unam. Braida habitata per Pettum Scelettj reddens annuatim frumenti sta 1, spatulam unam, Gallinam unam cum Ouis, et totum Vinum ipsius Braidę. Baiarzius prope S. Iacobum rectus per Iacobinum Betnicis reddens annuatim frumenti sta unum, spatulam unam, et Gallinam unam, cum Ouis. Mansus rectus per Gradinakium reddens annuatim frumenti sta 3, Auenę sta 3, Millei sta 3, Vini Congia 4, hadum unum spatulam unam, Gallinas duas cum Ouis, et de Prato denarios xii. Mansus rectus per Danielem Burgas reddens annuatim frumenti sta 2, Millei sta 2, Auenę sta 2, Vini Congia 4, spatulam unam, et Gallinam unam cum Ouis, Mansus de Caua rectus per Tobiam, et fratre reddens annuatim frumenti sta 2, Auenę sta 2, Vini Congia 4, hadum unum, spatulam unam, Gallinas duas cum Ouis et prato denarios 6.

Mansus

Mansus rectus per Rikettam reddens annuatim Frumenti ss. 2, Millei ss. 2, Auenę ss. 2, Vini Congia 4, hœdum unum, spatulam unam, cum Ouis, et Gallinas duas, et de prato denarios 6. Mansus alius per dictum Rikettam rectus, et olim tentus per Leonardum Vinuchi reddens annuatim Frumenti ss. 2, Millei ss. 2, Vini Congia 4, hœdum unum spatulam unam, Gallinas duas cum Ouis, et de Prato denarios 6. Mansus rectus per Corradum Bernardi reddens annuatim Frumenti ss. 4, Millei ss. 4, Auenę ss. 4, Vini Congia 4, hœdum unum, spatulam unam Gallinas tres cum Ouis, et de prato denarios xij. Mansus rectus per Corradum Bernardi reddens annuatim Frumenti ss. 1, Millei ss. 1, spatulam unam, et Gallinam unam cum Ouis. Mansus rectus per Michulum de Lucca reddens annuatim Frumenti ss. 2, Millei ss. 2 Auenę ss. 2, Vini Congia 4, spatulam ~~unam~~ mediam, et Gallinam unam cum Ouis. Mansus rectus per Dorieum reddens annuatim Frumenti ss. 3, Millei ss. 2½, Auenę ss. 2½, Vini Congia 4, spatulam mediam, Gallinam unam cum Ouis, et de prato solidos quadraginta. Mansus olim rectus per Doricum Lanzani existens in pustetta reddens annuatim Frumenti ss. 5, Millei ss. 5, Auenę ss. 5, Vini Congia 2, hœdum unum, et spatulam unam, Gallinas 4 cum Ouis et de prato solidos quadraginta. Duo Campi recti per Aimonum, et Margaretta eius uxores, reddentes annuatim Vinum Congium unum. Baiarzzius de Plazza rectus per dictum Aimonum reddens annuatim Vini Congia 2, et Gallinam unam cum Ouis. Territorium rectum per Berthulum Sponse reddens annuatim Frumenti ss. ½, Millei ss. ½, Auenę ss. ½, Vini Congium unum, spatulam unam, Gallinam unam, et de Prato denarios 4. Mansus rectus per Triossium reddens annuatim decimam 13 Camporum videlicet mezinam unam Bladi per eum seminatam, et decimam Vini totius Mansi. Mansus rectus per Joannem Leroij reddens annuatim decimam 8 camporum per modum supradictum, et decimam supradicti Mansi. Mansus rectus per Joannem Riouan reddens annuatim decimam 5 Camporum per modum

per modum prescriptum, et decimam Vini totius Mansi. Decima unius Campi eidem R.. affictati reddens annuatim siliginis mezenam unam. Mansus rectus per Buritam de Villutia reddens annuatim decimam octo camporum per modum prescriptum, et decimam Vini totius Mansi. Decima unius ~~Mansi~~ Campi recti per Lucam Maccetam reddens annuatim frumenti mezinam unam. Decima unius Campi recti per Georgium de Braida reddens annuatim frumenti mezinam unam. Mansus rectus per Petrum Spilettam reddens annuatim decimam quinque camporum et quinque mezinas Bladi per eum seminati, et decimam totius Vini. Decima unius Campi recti per Aymonum reddens annuatim frumenti st. ½. Decima unius Campi recti per Nicolaum Guistam reddens annuatim Millei mezinam unam; Una medietas recta per Camerarium S. Iacobi Villæ Ragoneæ reddens annuatim Millei mezinam mediam. Decima unius Mansi recta per Leonardum Meniam reddens annuatim frumenti mezina una culmam. Baiarius situs supra Portam Castri Turris post domum usque ad aquam Iulmenti. Unus Bonchus cum una domo habitata per Ioannem Bernardi, et laborata super Zuccho Ponti sub domo maiori versus Portam. Orthus unus tentus per Bernardum versus Portam quandam prope murum Castellanum reddens annuatim Marcham denariorum unam. Ripa de Sceafo recta per Menisium, et Ioannem Bernardi reddens annuatim medietatem fructuum nascentium super ea. Unus Castenetus in monte sub Sancto Ioanne Iurisdictionis Muttiæ aquæ Iulmenti. Una domus cum Bayartijs, in qua habitat Mugiardinus. Unus Bonchus plantatus post montem rectus per Nicholussium habere Melti. Unum Pratum supra dictum Bonchum in loco dicto Beccurella. Unus Baijartius super domum Presbiteri Nicolussij. Territorium in Chiasat rectum per Laurentium in Alta Villa reddens annuatim quartas 2. Unum territorium in Col cum una silua, et alijs hic. Campis rectum per Lianum Cesane reddens annuatim frumenti st. 2 ½ Millei st. 3 ½.

Avenæ

Auene sf. 2, Vini Congiu unu, hædu unu, Spatulas duas, Gallinas 3 cu ovis, et de prato denarios 6; et ultra hoc Vinu pro medietate. Unus Campus situs in miuis rectus per Dominicu de Monte reddens annuatim frumenti sf. $\frac{1}{2}$, silliginis sf. $\frac{1}{2}$. Unus campus rectus per Ioannem de Ajuolis reddens annuatim silliginis sf. $\frac{1}{2}$. Campi sex, et duo Prata mansi de Rozalis rectos per Pelegrinu q.m Iacobi reddentes annuatim frumenti sf. i $\frac{1}{2}$, Millei sf. i $\frac{1}{2}$, Auene sf. i $\frac{1}{2}$ spatulam unam, et Gallinam unam cu ovis. Braida in Casali quæ regitur per Prebu reddens annuatim frumenti sf. $\frac{1}{2}$, silliginis sf. $\frac{1}{2}$, Auene sf. $\frac{1}{2}$, et Vini medietatem. Braidas sub Sancto Laurentio habet duas, una sub Turrim, et alia post Stabbeniu. Terrenum olim Comunis prati de Monte, et Cattenetis, item omnia, et singula tuella spectantia, et pertinentia ad dictu S. Ioanninu sub Castro Ragonea. Item omnia, et singula prata ipsius S. Ioannini in Lauis spectantia afficta per Stephanutu de Muris. Item omnia, et singula prata spectantia ad eum sita tam in Vernarelijs post montem in selecto Ragonea quam in monte Ragonea. Item omnia, et singula bona, redditus, et prouentus quocumque modo spectantia, et pertinentia ad dictu S. Ioanninu, tam in Villa Clauirichi, quam in Villa Ragonea; et eius pertinentijs, preter unu Mansu rectu per Augustinu de dicta Villa Ragonea.

Quæ quidem bona, quosque Mansos, iura, et iurisdictiones, supradictus S. Ioanninus dedit, assignauit, et permutauit prefato Dno Patha pro se, et suis successorib., ac uice, et nomine suæ Aquil.s Ecclesiæ prelibatæ recipienti eodem modo in cambiu ad habendu, tenendu, possidendu, dandu, donandu, et permutandu, insolutu dandu, et quidquid prefato R.mo D. Patha, eiusq. successorib., ac suæ Aquileiensi Ecclesiæ placuerit deinceps perpetuo faciendu sine contradictione predicti S. Ioannini, et eius heredu, omnib. iurib. et actionib., usib., seu requisitionib., comodis, et honorib. bonis, et reb. superius

permutatis

permutatis, modo aliquo spectantib. et pertinentib.; nec non piscationib. et venationib., pascuis, comunis, aquis, aquarumue decursib., et insuper nomine addictionis, et melioramenti dicti Castri Ragonea, et bonorum assignatorum eidem D.no Patriarchæ per dictum D. Joanninum, Item D.nus Patriarcha eidem D. Joannino dedit, tradidit, soluit, ac in prompta pecunia numerauit duo millia, et ducentos ducatos boni auri

ƒ 2200.- et iusti ponderis, quos idem D. Joanninus coram dictis testib.; et me Notario infrascripto a dicto D.no Patriarcha fuit contentus, et confessus, habuisse, recepisse, et integre percepisse, renuntians omni exceptioni non datorum, non numeratorum, non receptorum per eum dictorum ducatorum tempore huius contractus, ac omni alij legum et iuris auxilio tam Canonico, quam ciuili, cum quo se quomodolibet posset defendere uel tueri, aut contradicere. Qui Ill.mus D.nus Patriarcha suo, et successorum suorum, et sua Reipubl.s Ecclesiæ nomine, et dictus D. Joanninus unusquisque eorum uicissim alterius nomine precario, et nominib. quibus res, et bona a se permutatas, et permutata concessas et concessa constituit possidere usquequo unusquisque eorum rerum, et bonorum in omnib. quib. supra permutatorum concessorum et concessorum possessiones acceperit corporalem, quam accipiendi propria autoritate, et retinendi deinceps unus alteri ad inuicem in omnib. quib. supra licentiam omnimodam contulit, atque dedit.

Promittens Ill.mus D.nus Patha per se, et successores suos, ac uice, et nomine dictæ suæ Reipubl.s Ecclesiæ, cum uoluntate, et expresso consensu ut inferius apparebit dicti D.ni Tarisii Vraysing Sindici, et Procuratoris dicti sui Capituli Reipubl.s prefato D. Joannino pro se, et suis heredib. recipienti, et stipulanti de nominato loco Turris, et Bastita siue Burgo, quod est ante ipsum Castrum cum toto Fortilitio existente intra fossata circumposita ipsi Castro Turris, cum toto garito, siue garitij iurib. iurisdictionib. spectantib., et pertinentib. ad dictum Castrum Turris tam in Villa dicti loci Turris, quam in Villis Zoppola et Romans

Romanus, ac alibi ubicunq; de omnibus et singulis

fructibus, redditibus, bonis, et rebus superius permutatis, et datis, ac assignatis per prefatum Reverendissimum Dominum Patriarcham supradicto S. Joannino per omnia ut supra lites, vel questiones, aut controversias ullo tempore non inferre, nec inferentibus consentire, seu per dictas res, et bona permutata, et assignata ut supra ad suis haeredibus ab omni homine Comuni, Collegio Universitate, Ecclesia, et Persona qualibet mantenere deffendere, autorizare, et disbrigare in Patria Fori Julij, et extra Patriam, tam de iure, quam de facto, tam occasione et ratione bonorum, et iurium, et locorum datorum, et permutatorum per prefatum Dominum Patriarcham dicto S. Joannino, quam ratione, et occasione bonorum iurium, et locorum, et permutatorum per dictum S. Joanninum predicto Domino Patriarchae, et in se iuditium suscipere omni tempore quandocunq; lis, et questio moveretur ipsi S. Joannino per quamvis personam tam in toto quam in parte, tam ratione bonorum a se permutatorum ipsi Domino Patriarchae per dictum Joanninum memoratum, ad ipse Dominus Patriarcha, eiusq; successores, vel eius Vice Dominus sede vacante per dictum S. Joanninum, eiusq; haeredes fuerit requisitus non obstantibus aliquibus iuribus tam Canonicis, quam Civilibus, statutis, constitutionibus, consuetudinibus seu reformationibus in contrarium loquentibus quibuscunq;

Promisitq; etiam prefatus S. Joanninus per se, et suos haeredes prelibato Domino Patriarcha pro se, et suis successoribus, ac dicta sua Aquileiensi Ecclesia stipulanti, et recipienti de dictis partibus Castri Ragonea, ac omnibus, et singulis alijs rebus, et bonis supradictis dicto Domino Patriarcha permutatis per dictum S. Joanninum lites, vel questiones, aut controversias ullo tempore non inferre per se vel haeredes, aut alios suos, vel ipsorum nomine, aliqua ratione, vel causa. Hoc addito ex pacto expresso inter ipsas partes solemni stipulatione firmato. Quod ipse Dominus Joanninus, nec sui haeredes, aut ipsorum bona teneantur, vel obligentur, seu obligati aut obligata sint dicto Domino Patriarcha successoribus suis, vel Ecclesiae Aquileiensi in Patria Fori Julij, vel extra, tam de iure, quam de facto

de facto res, et bona permutatas, et permutata per ipsum S. Ioanninum prefato Dn̄o Patha, aut ipsorum aliqua, uel aliquas contra aliquas personam, Comune, Collegium, aut Vniuersitatem, uel omni iure sibi competit ipse Dn̄us Patriarcha, cum expresso consensu Dn̄i Francisci sindici supradicti, expresse, et omnino renunciauit, nec non omnis iuris remedio, tam Canonici, quam Ciuilis cum quo contra hoc se aut Ecclesia modo aliquo posset defendere, uel tueri. Et promiserunt supradicti Dn̄us Patha, et S. Ioanninus quibus supra nominibus, ac pro se predictam permutationem, donationem, et assignationem, et Cambium, ac omnia, et singula alia supradicta, et infrascripta perpetuo firma, rata, et grata habere, et tenere, et plenius obseruare, et non contradicere facere, uel uenire aliqua ratione, causa, aut ingenio, siue dolo, de iure, consuetudine, uel de facto sub pena dupli eius, de quo quæstio moueretur minus quingentis solidis Veronensium paruorum, inuicem inter ipsos stipulata, et promissa, qua pena soluta, uel non presens instrumentum, et omnia et singula in eo contenta obtineant plenum robur, atque perpetuam firmitatem, cum integra dena riorum omnium, et expensarum, ac interesse refectione, quæ, uel quas Vnus occasione alterius sustinuerit in Iudicio, siue extra Preterea inter prefatum Reuerendum in Xp̄o Patrem, et Dn̄um Dn̄um Patriarcham Aquileiensem dignissimum supradictum pro se, et successoribus suis, suaque Aquileiensi Ecclesia supradicta parte ex una, et supradictum S. Ioanninum pro se, et suis hæredibus parte ex altera expresse actum extitit, et conuentum, ac solemni stipulatione ualatum, atque firmatum uidelicet Quod nulla impositio XX. solidorum pro qualibet rota Molendini, et Mansorum, aut alterius generis, grauaminis imponi debeat, uel exigi per dictum Dn̄um Patham, et eius successores aliquo tempore super dictis bonis permutatis per dictum Dn̄um Patham prefato S. Ioannino, uel eius hæredibus. Item quod si qui Massarii ipsius S. Ioannini, qui ante supradictam permutationem confiterentur se teneri, et obligati esse, ipsi S. Ioannino

uigore

vigore aliquorum debitorum dictus Dnus Patha teneatur, et debeat solue=
re ipsa debita eidem P. Joannino de bonis suis, et Ecclesiae suae, remanentibus
nihilominus dictis Massariis obligatis ad solutionem, et satisfactionem
eorundem debitorum Dno Patha antedicto. et e conuerso, si qui Massarij
supradicti Dni Patha, qui confiterentur se ante supradictam permutatio=
nem teneri, et obligati esse prelibato Dno Patha vigore aliquorum de=
bitorum, dictus P. Joanninus teneatur, et debeat soluere ipsa debita pre=
fato Dno Patriarche, siue computare suo Iuris, remanentibus nihilominus
dictis Massarijs obligatis ad solutionem, et satisfactionem eorundem debi=
torum ipsi P. Joannino. Item quod ipse P. Joanninus non teneatur ipsi Rmo
Dno Patha, et suis successoribus iure alicuius seruitutis, seu alicuius
conditionis seruire, nisi cum uno balisterio, more aliorum [illegible] fidelium,
et Pheudatariorum Ecclesiae Aquileiensis. Item quod supradictus Dnus Patha
et eius successores, manutenere, defendere, autorizare, et disbrigare
debeant dicto locum Turris cum omnibus, et singulis Mansis, bonis, et
redditibus, ac iuribus supradictis ipsi P. Joannino permutatis per ip=
sum Dnum Patham ei, et suis successoribus ab omni homine, Collegio
et Vniuersitate, Ecclesia, et persona in Patria Fori Iulij, et extra
Patriam prout supra in permutatione, in Capitulo de rei defensione
continetur. Item quod supradictus Dnus Patha teneatur et debeat facere,
curare, et cum effectu, quod supradictus P. Joanninus habeat bullas, et
priuileggium Summi Pontificis a Curia Romana in sex menses
proxime Venturos a publicatione presentis instrumenti permuta=
tionis, computandum suis omnibus sumptibus laboribus, et expensis.
Quae quidem pacta, quasue promissiones, pactiones, et conuentiones,
prefatae partes promiserunt sibi inuicem scilicet una pars alteri,
et altera alteri solemnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus.
et iurantes corporaliter ad **S·D·E·** tactis scripturis prefato Dno
Patriarche, prestito debito sacramento per Rmos Patres Dnum Augus=
tinum Concordiensem Episcopum Testes supradictos, et dicto P. Joannino
de la

delato debito iuramento per me Joannem Notarium infrascriptum se perpetuis temporibus permutationem superius declaratam, ac expressam, ac omnia, et singula alia superius declarata, et expressa, et in hoc instrumento contenta, firma rata grata habere, et tenere, et plenius observare, et non contrafacere dicere, vel venire per se, vel alios aliqua ratione vel causa, aut ingenio sive dolo de iure consuetudiny, vel de facto sub pena dupli eius, de quo questio moveretur minus quinque solidi Veronen parvorum stipulata. Qua pena soluta, vel non presens instrumentum, et omnia in eo contenta obtineant plenum robur, atque perpetuam firmitatem. Pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis, et plenius observandis predictus Reverendissimus Dominus Patriarcha pro se, suisque successoribus, ac vice, et nomine suae Aquileiensis Ecclesiae supradictae omnia bona presentia, et futura, et dictae Aquileiensis Ecclesiae obligavit, et prefatus D. Joanninus pro se, et suis heredibus omnia sua bona presentia, et futura. Et sic dati fuerunt Nuntii per utramque partem ad ponendum eos in tenutam omnium predictorum Nobiles Viri D. Joannes Paduanus de Collorello, et D. Thomas de Pinzano testes supradicti, in quorum testimonium, et maius robur dictus Dominus Patriarcha presens instrumentum publicum per me Joannem Notarium infrascriptum scribi, et publicari mandavit, suique pendentis sigilli munimine roborari &c.

Anno, Indictione, die, et testibus supradictis ac loco Venerabilis, et circumspectus Vir Dominus Franciscus Vorajena Aquileiensis et Civitatensis Canonicus, tamquam Sindicus et Procurator Venerabilium virorum D.D. Vice Decani, Canonicorum, et capituli Ecclesiae Aquileiensis post multos tractatus semel, bis, et tertio in capitulo ipsius Ecclesiae ad sonum Campanae pro Confirmatione supradictae fiendae permutationis more solito congregato solemniter factos pro bono augmento et amplificatione dictae Aquileiensis Ecclesiae habens ad dictam permutationem confirmandam, et ad omnia alia, et singula in precedenti instrumento contenta nomine dicti capituli ratificandum precipuum, et speciale mandatum prout de Sindicatu et Procuratorio huiusmodi plene constat publico instrumento inde

inde confecto, et scripto manu mei Notarij Joannis infrascripti sub presenti Millesimo, et Ind.ne, die vero Martis ...

Considerans, et certissime sciens dictam permutationem Castri Turris, et bonorum ad dictum Castrum spectantium cum Castro, sive parte Castri Ragonea et bonis omnibus supradictis, ac omnia et singula in precedenti instrumento contenta in maximum comodum, statum et augmentum, et ampliationem post eiusdem fiende permutationis ruminatione in ipso capitulo pluries, et premittitur facta cedere. Et preterea eandem permutationem, et omnia, et singula in precedenti instrumento contenta vice, et nomine dictorum D.D. .. Vicedecani, Canonicorum, et capituli Aquilegensis confirmavit omnibus modo, iure, et forma quibus melius efficatius potuit, et approbavit, ac eisdem suum, et dicti capituli assensum prebuit pariter, et consensum, in quorum omnium testimonium, et perpetuam premissorum robur, presens publicum confirmationis instrumentum per me Joannem Notarium infrascriptum scribi, et publicari mandavit, dictique capituli pendentis sigilli appentione muniri &.

Anno, Indictione ut supra die vero 26 ... Civitatis Austrie, Aquilegensis diecesis in Collegiata Ecclesia Sancte Marie dicte Civitatis Austrie. Presentibus V.V. Viris D.D. Stephano de Sussimbergo et Victore de Civitate Austrie Canonicis dicte Civitatis Ecclesie, ac Candido de Galliano Mansionario Ecclesie Civitatis antedicte. Providis Viris ... Andalpreto de Civitate Austrie, ... Joanne de Assumps, et Joannino omnibus huius Notarijs in dicta Civitate Austrie habitantibus, Testibus, et alijs in multitudine copiosa.

Ibique Reverendissimus in Christo Pater, et Dominus Dominus Joannes Dei gratia Sancte Sedis Aquilegensis dignissimus Patriarcha in Generali existens colloquio totius Patrie Fori Iulij per eum ad diem hodiernam pro infrascriptis, et alijs convocato. Et ibidem ad sonum Campane more solito congregato. In quo quidem colloquio interfuerunt infrascripti Reverendi Patres, et Domini Domini Henricus Tergestinus, et Augustinus Concordiensis Episcopi, Venerabiles Viri Domini Antonius de Roncho Canonicus Aquilegensis pro capitulo Aquilegensi, Joannes Decanus Civitatis pro capitulo Civitatis, Presbyter Petrus Plebanus Canipe

pro

pro Preposito S. Stephani, Thomasinus de Tolintio Prepositus S. Felicis, Franciscus Vraysing Plebanus Corty, pro Preposito Carnee, et Presb. Nicolaus Canonicus Utini pro Capitulo Utinensi: Nob. et Sp. Viri D. D. Jacobinus de Portulis, Nicolaus de Tarvisio, Vencesilaus Milles, et Thomasius de Spilimbergo, Joannes Paduanus de Colloredo, Joannes de Lucho, Trescus de Cucanea, Baldassus de Maniaco, Joannes Cruvius, et Nicolaus de Attemps, Bartolomeus Toscano, Federicus de Moncho, Federicus de Savorgnano, Asquinus de Varmo inferiori, et Thadeus de Manzano pro Nobilibus, praudi Viri Joannes Not. de Aquileia, Ottussius, et Nicolaus Aucella de Civitate Austrie, Magist. Petrus Physicus, Morandus de Castelerio, et Nicolaus de Percoto de Utino, Thomasius della Villa de Glemona, Joannes Notarius de Venzone, Ludovicus de Biscottis de Utillo, Bertoldus de Carnia, Ricardus de S. Vito, Andreas Lini de Monte Falcone, Ludovicus de Portogruario, et Federicus de Panigaleis della Meduna pro Comunitatibus, et alij in multitudine copiosa. Coram quibus idem Dnus Patriarcha proponi fecit qualiter pro bono augmento utilitate, et comodo suo, dicteque sue Aquil. Ecclesie, certas permutationes Castri, Turris, et bonorum eidem Castro spectantium cum Castro, sive Castri Ragonee partibus, et certis bonis ad Nob. Virum S. Joanninum de Ragonea spectantibus, cum consilio, consensu, et voluntate sui capituli Aquilegensis fecerit prout in precedentibus instrumentis, inde essentialiter, et effectualiter declaratis clare patet. Et preterea omnes supradictos ad ipsum Colloquium deputatos cum instantia requisivit, ut easdem permutationes, et omnia, et singula in precedentibus instrumentis contenta approbare, et confirmare deberent, eorumque auctoritates interponere, pariterque consensus

Qua propositione ad clarum ipsius Colloquij intelligentiam declarata et Nob. Viro Dno Tresco de Cucanea petente prout in talibus mos est per maiores partes predictorum Prelatorum, Nob. et Comunitatum eadem permutatio cum omnibus, et singulis alijs in predicto permutationis instrumento contentis, extitit confirmata, et in omnibus, et per omnia approbata, et eidem

permutationi

permutationi, ac omnibus et singulis alijs supradictis ipsorum et ipsius beneplacitum interposuerunt autoritatem pariter et consensum, in quorum testimonium, ac perpetuum robur presens instrumentum dictus Dnus Patriarcha per me Joannem Notarium publicum infrascriptum scribi, et publicari mandauit, sigillorumque Rmi. Patris, et Dni Dni Augustini Episcopi Concordiensis predicti, et Venerabilium D. D. nostrorum Decani Canonicorum, et Capituli Ciuitatis predictae pro Prelatis, Nobb. Virorum Nicolai de Sanna, et Joannis Adriani de Collaeto pro Nobb., et Prudentum Virorum Consilij, et Comunitatis Ciuitatis Aquileiae, et Consilij, et Comunitatis Ciuitatis Austriae antedictae pro Comunitatibus appensione muniri &

Ego Antonius qm. ~~Fondi~~ Honorandi Viri D. Joannis de Puppanis de Vtino Pub.s Imperiali autoritate Not.s, et in dictis notis qm. Patris mei adinueni ex comissione mihi facta per Magnificum, et Generosum Virum Dnum Joanem Contarenum Senator. P. F. J. Locumt. pro inclita Celsitudine Venetorum, nil addens, uel minuens, quod sensum mutet, aut uariet intellectum suprascripta omnia, et singula hanc in modum publicaui rogatus et requisitus &

Locus sigilli Notarij

Suprascriptas permutationem, et permutationis ratificationem, et Parlamenti approbationem et consensum in cartis X precedentibus contentis manu aliena mihi fida cum postilis .... i 1° f° 4. 1° f° 5, 1° et f° X fronte eductis, et descripta ex quodam Processu alias de anno 1490, agitato interque Nob. Dnos Cristophorum, et Jacobum Fratres de Thurri manu egregij Dni Benardini Lucarienti Notarij Vtini. Qua facta collatione cum eodem permutationis instrumento concordare inueni in hanc publicam, et autenticam formam redegi. ego Leonardus Fontaneus Ciuis, et Pub.s Not.s Vtini Collegiatus, et in fidem me subscripsi cum solito sigilo &.

Colligatio Quorundam Nobb: Castellanor. Patriæ Fori Julij
Cum Ser.mo Dominio Veneto ~

IN CHRISTI Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Mill.
quadragentessimo Undecimo Ind.e 4.ta die 14 mensis Maij

1411: 14 Maggio

Liga inter S.o Dominio Veneto et aliquos Castel: lanos Patriæ

Spectabiles et Egregij Viri D. Nicolaus Vituri, et D. Andreas Zeni Honorabiles Cives Venetiar. Syndici et Procuratores Ser.mi et Ill.mi Principis, et D.ni D.ni Michaelis Steno Dei gra Duce Venetiar. Inclitiq Dominij, et Comunis Venetiar. Habentes ad infrascripta et alia exercenda plenum mandatum ut constat Instrum.to pub.co Scripto manu mei Christophori Not.i infrascripti à nobis Notarijs infrascriptis, visto, et Lecto, pro ipso D.no Duce, ac Successoribus suis, ac pro ipso Dominio, et Comuni Venetiar. ex una parte et Spect. D.nus et Egregius Vir Guglielmus Comes de Prata q.m D.ni Nicolussij, Comitis da Pratta fratris sui ut constat Inst.o Procurat.e Scripto manu Pauli q.m Odorici de Vale Imp.li Not.i Mill.e, et Indict.e presentis die 5 mensis Maij, et Spp: et Egregij Viri D.nus Guglielmus Comes de Prata q.m D.ni Nicolussij de Prata Comitis, et Guido q.m D.ni Bianchini de Purlilijs Comitis tamquam Procuratores Egr. Viri q Federici de Pagonea q.m D.ni Zanini, et noie D.ni Zenonis ut patet Proc.e infrascripto Scripto manu Desiderati de Francenico publici Imp.li auctoritate Not.i Mill.o et Indit.e presentibus die 13 Maij et Sp.; et Egr. Vir D. Guido Comes de Purlilijs suo nomine proprio et tamquam Procurator Spp. et Egregium Viror. D.ni Artichi q.m D.ni Guicelli et Pagani q.m D.ni Beachini et Guicelli q.m D.ni Ioanis Purlani Comitum de Purlilijs de quor. mandato constat Instrum.to publico Scripto manu Iacobi Comitis de Pulcinico suo proprio noie, et tamquam Proc.r Nobb. et Egregium Viror. Dnor. Comitum de Pulcenico, Videl. D.ni Vicardi q.m D. Iacobi, D.ni Odorici q.m D.ni

Dñi Ioanis dñi Bortholomei q.m Dñi Ioanis, Dñi Franci q.m Dñi Peregrini Dñi Mainardi q.m Dñi Progni Dñi Franc: q.m Dñi Hectoris, ut de dicto Proc: constat pub.co Instrum.to scripto manu Nicolussij de Lorenzo Imp.li Not.' Mitt: et Indit: presentib. die 13 mensis Maij, et S.p: et Eg: Vir dñus Vincislaus natus olim dñi Bertoldi de Spiglimbergo nomine suo proprio, et tamquam Proc. Sp. Militis dñi Odorici, et Egregij Viri q. Leoni Pabuli fratrum, et filior. q.m dñi Pagani de Spiglimbergo nomine proprio constituentium ac noie et vice Egregij Viri q. Bortholomei eor. fratris, pro quo promiserunt, et ratti habit.e de libertate antedicti Procuratoris constat Inst.o pub.o manu menini filij q.m Mag: Bartholomei de Cacenzonib. Imperialis Not: mitt: et Ind: presentib. die 4 mensis Maij et Sp: et Eg. Vir q. Jomas q.m dñi Henrici de Spiglimbergo suo prop: noie et Eg: Vir q. Ulricus q.m dñi Ant: de Spiglimbergo suo proprio noie, et S.p. et Eg: Vir dñus Iacobus q.m dñi Rizzardi de Valuasono suo prop: noie et tamquam Proc: Spp: et Egregiorum Viror dñor. Odorici, Antonij et Nicolai fratrum et filior. q.m D. Ulrici de Valusono, et dñi, Bartholomei q.m dñi Simonis de Valusono, ut constat Instrum.to scripto manu Melchioris q.m Magistri Baldassarij de Valusono Imp.lis Not: mitt: & indit.e presentib. die 4 mensis Maij, et idem D. Iacobus q.m dni Rizzardi de Valuasono tamquam Proc: Eg: Viri D. Ioannis q.m dni Simonis de Valusono ut constat Instrum.to pub.co scripto manu Desiderati q.m Desiderati de Francenico Imp.lis Not: mitt: et Ind: presentib. die 5 Maij omnes, et quelibet ipsorum dñor. Comitum Castellanor et Nobilium suis proprijs nominib., a Procuratorijs nominib. suor. Constituentium, et cuiuslibet eorum, et pro heredibus, et Successorib. suis et cuiuslibet eor. habentes a suis Constituentib. sufficiens mandatum ad hec et alia exercend.

ut

ut nobis Notarijs plene constat Instrumentis publicis, a nobis
Notarijs infrascriptis visis, et lectis, ex altera parte devenerunt,
atq: deveniunt, fecerunt, et faciunt, Contraxerunt et Con:
trahunt, firmaverunt, et firmant pro bona securitate, et
defensione status utriusq. partis in quolibet dictar. partium
infrascriptas conventiones adherentie, recomendationes, et Col:
ligationes, Ligam, Unionem, et infrascripta pacta prout in
infrascriptis Capitulis distinctius continetur. Primo quod
dicti Spectabiles et egregij Dni Comites Castellani, et Nobb.
et quilibet eor. sint, et esse debeant boni Amici adhe:
rentes collegati et recomendati prelibati Illmi Princi:
pis, et Dni Dni Ducis dominij et Comunis Venetiar. &
Principij ac contra, et ad damna et offensas quorum:
cumque personar. offendentium ac volentem offendere
vel esse contra, et in damnum, aut offensam prelibati
Dni Ducis, Dominij et Comunis Venetiar. ac terrar. et
Locorum vel Subditorum dicte dominationis et Comunis
Venetiar. et non dabunt dictis gentibus offendentibus,
vel volentibus offendere nec alicui eor. receptum Vic
tualia, auxilium, Consilium, transitum, nec favorem modo
aliquo seu forma directe, vel indirecte, tacite vel
expresse, Imo toto posse suo vetabunt et obstabunt
et inimicabuntur eis salvo semper, et declarato quod
predicti domini Comites Castellani, et Nobiles non
teneantur esse contra Ecclesiam Aquileiensem et Colli:
gatos suos de Patria Fori Julij infrascriptos, Insuper
quod dicta Illma, et excelsa ducalis dominatio, et Comu
ne Venetiar. possit ad libitum suum aptare, et forti:
ficare aptari, et fortificari facere Passus Fluminis
Liquentie etiam si forent sub districtu predictor. do:
minor. Comitum Nobilium, et Castellanor. seu alicuius
eorum, eo modo, et forma quibus dicto dominio Venetiar.

videbitur

uidebit, et placebit, ad quas opstitiones, et fortificationes, et deffentiones dictor: palseu faciendas dicti domini Comites, et Castellani habeant mittere de suis servitorijs, et districtualibus quod et sicut dictis Comitibus Castellanis et Nobilibus uidebitur esse possibile dictis districtualibus. Hoc tamen declarato et expresso, quod expensa stipationis et fortificationis dictor: palseu fiat et soluatur per dictam duc. dom: Venetiar. Vero si causa et occasione fortificationum et opstationum dictor: dominorum palluum dampnificarentur teniteria Ciuium, uel districtualium dictor: dominorum Comitum, Nobilium, et Castellanorum seu alicuius eorum debeant dicta territoria refici, e emendari per dictum Illustrem dominium Venetiar: illis quorum erunt. Item quod dicti domini Comites Castellani, et Nobiles, ac quilibet eorum teneantur, et debeant recipere, et opstare in Castris, fortilicijs, et territorijs suis gentes ac stipendiarios tam pedestres, quam equestres dicti dominij, et Comunis Venetiar: in quocumque numero fuerit, dumodo gentes, et stipendiarij illi secundum mansionis loci seu locor: absque graue mine, et depulsione Ciuium, et districtualium se reducentium in dicto loco seu locis possint masiones habere, et teneantur, et debeant dare dictis gentibus dicte dominationis Venetiar: auxilium, receptum, Consilium, et transitum, ac fauorem contra quascumque personas pro ut mandabit, et ordinabit dicta duc. Dominatio, saluo semper, et expresso quod non teneantur dare transitum, nec receptum inimicis ipsor: dominor: Comitum Castellanor: et Nobilium, et similiter etiam dabant uictualia, et alia ipsis gentibus opportuna pro suis pecunijs. Vero si dicte gentes stantes, uel transeuntes

super

super eorum districtibus et ubique eorum servitores, et districtuales
essent suferent aliquod damnum enorme et non tolerabile seu
non consuetum supportari gentibus armigeris ipsis dominis Co-
mitibus Castellanis, et Nobilibus aut districtualibus suis, Illmus
Dux dom. Venetiarum refici facere debeat damna et satisfieri
illis qui passi fuerint dicta damna. Insuper quod dictum
Illme dom. Duc. Venetiarum conservabit, et conservare teneatur
dictos dnos Comites, Nobiles, et Castellanos et quemlibet ip-
sorum in suis dominijs libertatibus, et iuribus, et consuetudi-
nibus quae possident ad presens, et eos deffendere et defen-
sare sumptibus, et expensis dicti dominij Venetiarum, a quibus
cumque personis volentibus ipsos comites Castellanos et Nobi-
les vel aliquem eorum opprimere vel offendere, dummodo dicti
Nobiles non sint illi per eorum moveant Guerram vel inci-
piant novitatem aliquam sine consensu, et voluntate ipsius
Duc dominij Venetiarum. Verum si contigerit aliquam perso-
nam privare ipsos dominos Comites, Castellanos, ac Nobiles
Feudis ac bonis suis, aut infestare aliquo modo iura et
iurisdictiones, et fortilitia, seu fortilicium aliquod dicto-
rum dominorum Comitum, Castellanorum, et Nobilium causa, vel
ocasione istius adherentie, vel recomendationis dicti
Duc. dom. Venetiarum et ob dictam causam ad Guerram deveni-
rent de consensu ipsius dominij Venetiarum, non debe-
ant facere pacem vel concordiam cum adversa parte donec
dicti dni Comites Castellani, et Nobiles reducti fuerint in
pristinum statum. Preterea si per dictum Illme Duc dom. Vene-
tiarum super passibus, et territorijs alicuius dictorum dnorum Co-
mitum, Castellanorum, et Nobilium fieret aliquod fortilicium,
seu fortilitia quod ipsi debeant ad custodiendum dictum
fortilicium, seu fortilitia sumptibus, et expensis dicti Duc.
dominij tempore Guerre in manibus dicti duc. dom; et tem-
pore pacis in manibus illorum, sub quorum territorio seu
districtu constructum fuerit dictum fortilicium, seu
fortilitia

fortilitia custodienda ad honorem, et defensionem Status prefati Duc. dom. et ad omnia mandata ipsius; si vero dictus Duc. dom. vellit illud, vel illa ruinare similiter fiat ut exequatur secundum beneplacitum dicti dominij Venetiarum. Item Quod si aliqua Comunitas, vel aliquis alius ex Nobilibus Castellanis Patrie Fori Iulij requisiverint recipi in hanc adherentiam, et obligationem, quod possint recipi in quantum placuerit dicto Duc. dom. Venetiarum, et durent hec conditiones, et pacta suprascripta a die stipulationis presentis contractus usque ad decem Annos proximos sequturos.
Que omnia, et singula suprascripta, ~~a die stipulationis~~ et quolibet suprascriptorum dicte partes promisserunt nominibus proprijs sibi invicem ac vicissim, videlicet una pars alteri, et altera alteri singula singulis referenda attendere, et observare, et rata, et grata, et firma habere, et tenere, et effectualiter adimplere, et contra non facere, vel venire aliqua ratione causa modo, vel ingenio de iure, vel de facto sub pena ducatorum quinque millia auri solvenda per partem non observantem et quamlibet de parte non observante applicanda parti observanti toties quoties contrafactum fuerit, qua pena soluta, vel non, exacta vel non, rata maneant nihilominus omnia et singula suprascripta et debeant a partibus inviolabiliter observari. pro quibus omnibus, et singulis observandis, et firmiter attendendis dicti Procuratores, et Sindici prelibati D. Ducis Dominij, et Comunis Venetiarum pignore obligaverunt, et hippothecaverunt dictis Dnis Comitibus Castellanis et Nobilibus, et cuilibet ipsorum recipientibus nominibus suis proprijs, et suorum Constituentium omnia bona dicti Dominij, et Comunis Venetiarum. Et versa vice domini Comites, et Castellani, et Nobiles, et quelibet eorum proprijs nominibus, et vice, et nomine suorum Constituentium pignore obligaverunt

obligauerunt, & hypothecauerunt dictis Sindicis et Procuratoribus dicti dominij, et Sere̅ Dn̄i Ducis & Co̅munis Venetiar, Hi presentib, et recipientib, uice, et nōie ipsius Dn̄i Ducis, et Successorum Suor, dominij et Co̅munis Venetiar; omnia bona ipsor, dominor Comitum Castellanor et Nobiliu, et suorum constituentium quorum Sunt Procuratores. Insuper iurauerant.. Insuper iurauerant ipsi partes, et quilibet ipsarum ad S.a dei Euangelia manibus tactis Scripturis predicta obseruare et adimplere bona fide, et sine fraude, et ad purum, et bonum sensum omni mala interpretatione cessante.

Actum Venetijs, in Ducali Palatio in Capella S.ti Nicolai presentib, ibidem circumspectis Viris q Bernardo dandulo, q Toma del Castel ambob Notarijs Cancellarie due Venetiar, q Antonio q.m Ioanis Ballini de Burgnana, et Beachino q.m Ant.o Gellini de S.to Vitto Concordiensis diecesis, et alijs testibus ad hec uocatis Spetialiter et rogatis.

Colligati autem Supradictorum dominor Comitum Castellanor, et Nobiliu Sunt isti uid.t Comunitas Ciuitatis Austrie, Co̅unitas Glemone Comunitas terre Venzoni Comunitas terre Tulmetij Nobb Viri q Iacobus iustus q.m Eq.m Eq. Militis Dn̄i Simonis de Pramspergo Co̅unitas terre S.ti Viti

Ego Christophorus de Coro filius q.m q Benedicti de Venetijs Imperiali Auct.e et ducatus Venetiar Scriba predictis omnib, et Singulis dum sic agerent presens fui rogatus una cum Not.o infrascripto, et in premissor fidem me Subscripsi qui manu mea propria Scripsi et publicaui Signumq meum apposui consuetum

1411 die 15 Maij In Palat.o Ducali
in Capella S.ti Nicolai

Nota quod omnes illi Comites Castellani, et Nobb: de citra Tulmentum qui fecerunt se racomendatos, et colligatos Due Dom.

dom. Venetiar; Licet non sit declaratu in Instrum.to et litteris sic factis super dicta materia tamen sub fide sacrament. sui promiserunt, et asseruerunt, quod ad omnem volun-tatem, et mandatu Duc. Dom. predicti volentes, et consentientes cu effectu parte adversa Fori Julij ad cessandu ab offensis, et totis suis sensibus, et procurationibus instare et sollecitare, ac querere de inducendo omnes alios colligatos suos de Patria Fori Julij ad cessandu ab offensis partes adversae, et eveden immo non dubitant inducere colligatos suos ad hoc dixerunt insuper quod iste modus placet, et consonat eis quod tractent abstinentia generalis ab offensis in tota patria et ut Duc. dom predicta tractare, et querere, ac inducere possit partes ad pace et concordia pro quiete totius Patriae asserendo etia dictis Comitibus, Castellanis, et Nobb. quod Duc. dom. super modo, et forma pacis et in omnibus reperiet ipsos partes ad omnem voluntate, et beneficiu Duc dom. —

Ego Dominicus Brandolisius Not.s Maniacensis Ven.ta Auct.e si exquesitus Instrum.tu ultrascriptu, una cu actu subsequenti ex alio consimili existente in quodam Processu cu authenticat.e olim Sp: D: Jo Baptte Marche-tani Cancellarij Patriae Fori Julij de anno 1589 penul-

L: S: N: timo Nbris fid.r exemplavi, meq; in fide subscripsi, et solito Tabellionatus signo roboravi

Die 14 Julij 1715 Ind.e 8. L. D. O. M.

1419
11 Luglio

Pax et liga inter Dominium Venetum et Comune Civitatis Austrie.

In Christi Nomine Amen Anno Nativitatis eiusdem Dni. Mil
lesimo quadrigentesimo decimo nono, Ind. xii.a die xi Men
sis Julij. Ad laudem omnipotentis Dei, & gloriose eius
Matris Marie Virginis et Beati Marci Evangeliste, egregij
et Sap. Viri D. D. Albanus Baduario Bellumarino, Marinus
Cavaliello Proc.res Ecclesie S.ti Marci Antonius Contareno et
Joan.cus Fuscari Procuratores S.ti Marci Honorandi Cives Ve
netiar. Sindici, Actores factores, et Procuratores Ill.mi ac
Ex.mi Principis, et D. D. Thome Mocenigo Dei gra. Inditi Venetiar.
Ducis Dominij, et Comunis Venetiar. pro ut de eor. Sindicatu
plene constat publico, et autentico Instrum.to Scripto et
publicato manu providi Viri Christophori de Como Impe
riali auct.e Not. in ducatu Venetiar. Scribe anno Nativitatis
Dni 1419 Ind. xii. die X.ma mensis Julij a me Not.o infrascripto
viso et lecto agentes noie et vice dicti Dni Ducis Dominij,
et Comunis Venetiar. et Nobb. et prudentes Viri Nicolaus
de Portis, Simon Joannis Antonij et Alexius Jacobi Viri Nun-
tij Sindici, et Procuratores, Gastaldiones, Provisorum deputator.
Consilij et Comunis Terre Civitatis Austrie sicut de eor.
mandato, et libertate clare constat duabus patentibus Lit-
teris altera data in Civitate Austrie in domo consilij die
Mercurij 18 mensis Maij 1419 Ind. xii.a altera die 9 mensis
Julij presentis bullas dicte Comunitatis Civitatis Austrie
Bullatis a me Not.o infrascripto Scriba visis, et lectis Agentes
nomine ac vice dictor. Gastaldionum Provisor deputator.
Consilij et Comunis Terre Civitatis Austrie ad infrascriptam
Pacem Deo Auctore, perpetuo duraturam, iis modis formis,
pactis, et conditionibus infrascriptis unanimiter concor-
datis, et amicabiliter devenerunt. Primo quidem dicte
partes dictis nominibus sibi ad invicem remiserunt,
et remittunt hinc inde omnes iniurias, rancores, et
offensiones, cedes homicidia, vulnera, Crimina, scelera
et delicta

et Delicta et alias cuiuscumque generis Offensiones quomodo
cumque illatas et perpetratas hinc inde per supradictas
partes seu ipsarum partium Subditos seu per unam ipsar.
partium contra alteram, seu per alias contra reliquas Sub=
ditos et singulares personas ipsar; ita quod liceat et lice
bit sit Civibus, et habitatoribus ac Subditis dictar. Terrar,
& Locor. ambar. partium tam per terras quam per Aquam
ire ad Terras et Loca utriusque partis, stare, et conversare
Mercare, et Negotia sua exercere, et ad Libitum recedere
cum bonis mercantijs, et rebus suis tute libere, et secure
et sine aliqua molestia vel novitate pro ut, et sicut
ante tempore pacis facere consueverunt. Item promis=
serunt et convenerunt et promittunt, et conveniunt dicti
Sindici et Procuratores Gastaldionum Provisorum depu=
tator. Consilij, et Comunis Civitatis Austrie predictis Mihi
Sindicis Procuratoribus dicti domini ducis dominij, et Com
munis Venetiar. et Mihi Not.o infrascripto tamquam
publice persone stipulanti, et recipienti nomine, et
vice dicti dd. ducis, Dominij, et Comunis Venetiar. quod
dicta Comunitas Civitatis Austrie sit et esse debeat ini=
mica Dni Regis Romanor. et Hungarie, et esse contra
quemcumque potentiam descendentem de partibus supe=
rioribus pro damnificando Illum Duc. dom. Venetiar. om
nem favorem, et auxilium, et Victualia possibilia dicte
Comunitati pretio iusto, et competenti dabit, eius=
demque Gentibus dabit passum, transitum, et receptum in
Locis, et per Loca sua. Item promiserunt nominibus
quibus supra quod dicta Comunitas Civitatis Austrie
teneatur et obligata sit in presenti Guerra gentibus
ta . . . prefacti Ser.mi Duc. Dom. dare Victualia dicte
Comunitatis possibilia pro pretio competenti, et om
ne auxilium, Consilium, et favorem, introitum, et exitum
in Locis

et exitus in locis, et per loca sua contra Patriarcham, et
comunitatem Vtini et contra alios compatriotas dictæ
Patriæ qui sunt et erunt inimici dicti Illmi Dom. Ve-
netiarum et contra eos esse inimicos. Item promiserunt
nominibus quibus supra quod dicta comunitas Civi-
tatis Austriæ dabit et restituet Egregijs Viris Dnis Tri-
stano de Savorgnano Militi, et Joanni eius Fratri et
alijs extitiçijs de Vtino, et alijs Locis Patriæ Fori Julij
qui sunt cum Dno Tristano et fratre Amici dicti
Illmi Dom Venetiarum omnia Fortilicia et bona sua
quæ sunt sub suo dominio dictæ Civitatis Austriæ
ita quod dictis Fortilicijs et bonis suis, et eorum reddi-
tibus gaudere possint sine aliqua contradictione,
et quod prefacti Syndici, et Procuratores dicti Illmi Dni
Ducis Dominij et Comunis Venetiarum promiserunt, et con
uenerunt a promittunt et conueniunt dictis Sindicis
et Procuratoribus dictorum Gastaldioni Provisorum, et deputatorum
Consilij et Comunis dictæ Teve Civitatis Austriæ, et mihi
Not.o infrascripto tamquam publicæ personæ stipulanti, et re-
cipienti nomine, ac uice dicti Gastaldionis provisorum depu-
tatorum Consilij, et Comunis Civitatis Austriæ predictæ Quod
si dicta Comunitas Civitatis Austriæ opprimatur, et offen-
datur a dicto Rege Romanorum et Hungariæ uel alia poten-
tia descendente a predictis superioribus partibus et a Dno
Patriarcha, et Comunitate Vtini seu ab alijs inimicis dicti
Illmi Dom. Venetiarum Patriæ predictæ, dictum Illmum do-
minum Venetiarum tueatur, et defendat dictam Comunita-
tem Civitatis Austriæ contra predictos sicut facit
alia loca sua. Item promiserunt nominibus quibus
supra Quod si dictum Illme Dominium deueniet ad
aliquam Pacem seu Treguas cum Dno Rege Romanorum et Hunga-
riæ, aut cum Dno Patria Aquileiensi, et Comunitate Vtini,

dictas

dictam Comunitatem Civitatis Austriæ poni faciet in Pace, aut Treguas predictis; Quam quidem Pacem et omnia, & Singula predicta, & Suprascriptis contenta capitulis dictæ partes dictis nominibus sibi ad invicem et vicissim V.t una pars alteri, et altera uni Solemnibus intervenientibus Stipulationibus promiserunt, et convenerunt, promittunt, et conveniunt Sub dictis modis, et formis, et conditionibus, Singula Singulis referendo rata grata et firma habere, tenere et contra in aliquo non facere vel venire quavis ratione occasione vel Causa quæ dici aut excogitari possit de iure, vel de facto per se, vel alios directe, seu indirecte, tacite, vel expresse, nec aliquo colore quæsitu in Iudicio; vel extra Sub pena ducator. decem Millia boni auri, & iusti ponderis Solemni Stipulatione promissa, et ad restitutionem omnium damnor. interesse et expensarum quæ propter ea fierent litis et extra In qua vero pena incidat illar. dictar. partium quæ contrafaciet in predictis, vel aliquo predictorum quæ pena à parte contrafacienti in predictis, vel aliquor. predictor. exigi possit, et valeat per parte observante tities quoties fuerit contrafactum vel non observatum ut supra, ea qui pena soluta vel non exacta, nihilominus omnia & Singula Suprascripta perdurent, et inviolabiliter observentur, et pro quibus omnibus, & Singulis firmiter observandis, & adimplendis dictæ partes et utraque earum dictis modis, et nominibus sibi ad invicem, et vicissim Videlicet dicti Syndici, et procuratores dicti Illmi Dni. dom. et Comunis Venetiar. dictis Syndicis, et Procuratoribus dicti Gastaldionis provisor. Deputator. Consilij, et Comunis dictæ Civitatis Austriæ nominibus quibus supra recipientibus obligaverunt et hipothecaverunt pignore omnia bona Comunis Venetiar. et Singular. personar. Civitatis

Venetiar.

Venetiar mobilia, et imobilia presentia, et futura. et uice versa dicti Syndici et Procuratores dicte Gastaldie, Provisor deputator, Consilij, et Comunitatis Ciuitatis Austrie nominibus quibus supra predictis Syndicis, et Procuratoribus dicti DD. Ducis, et Comunis Venetiar stipulantibus, et recipientibus nomine dicti DD. ducis Dominij, e Comunis Venetiar omnia bona dicte Comunitatis Ciuitatis Austrie, et Singulariter personar ipsius Comunitatis mobilia, et imobilia presentia, et futura, pignori obligauerunt & hypothecauerunt, Renuntiantes dicte partes, et quelibet earum in predictis omnibus et Singulis exceptioni dictorum pactorum non factor, et concorditer non conventor doli, mali, metus in fraudem actioni, et contradictioni sine causa uel ex iniusta causa, & exceptioni quod metus causa Priuileggio fori et omni cuiuslibet alterius iuris illi, et consuetudinum auxilio eisdem dictis nominibus uel dictis principalibus, uel alicui eor quomodolibet ~~dictis nominibus~~ competenti, et competuro, et dicenti generalem renuntiationem non ualere. Insuper dicte partes dictis nominibus, et modis ad maiorem predictor omnium firmitatem sponte et certa animi scientia Iurauerunt ad Sancta Dei Euangelia corporaliter tactis scripturis in Animas suor Constituentium & singulatim personarum supraspta omnia et singula quomodolibet ipsor attendere, obseruare, et adimplere perpetuo bona fide ad sanum, & purum sensum, et intelectum omni cauillat. & absurditate mala interpretatione dolo, & fraude cessantibus, et remotis uoluerunt, etiam, et mandauerunt predicte partes et utraque eor ac rogauerunt de predictis omnibus et Singulis per me Marcum Seraphinum Not.m infraspt.um confici debere unum uel plura Instrumenta eiusdem consonantie tenoris, et effectus.

Actum

Actu Venetijs in ducali Palatio Comunis Venetiar. presentib. circumspectis, et sapientib. Viris Leonardo de Rippis q.m q. Pantaleonis Benedicto Cocco q.m q. Girardi de Conegliano Civibus, & habitatorib. Civitatis Austrie ac providis, et circumspectis Viris Fran.o Lemazano Ioanne q.m Donelio, Azolino boza, & Hier.o de Nicola Not.o et Ducatus Venet.m Scriba testib. ad hec vocatis spec.r et rogatis, et alijs.

Ego Marcus Seraphinus filius q. Serafini Civis, & habitator Venetijs pub.s Auct.e Impli Not.s, et Ducatus Ventiar. Scriba predictis omnib. et singulis presens fui, et rogatus à partib. predictis suprascriptum Instrum.tu scripsi, et publicavi, signumq. sum apposui consuetum.

Thomas Mocenico Dei Gra Dux Venetiar. Universis, et Singulis tam amicis quam fidelibus presentes has inspecturis Iduxe et sincere dilectionis affectum. Significamus

Legalitas nobis quod Marcus Seraphino pub.s Imp.li auct.e Not.s, et nostri Duc Scriba qui in Mill.o Quadragentesimo decimo nono Ind.e in.a die xi mensis Iulij scripsit, et in publicam formam redegit Instrum.tu Pacis celebratam inter nostrum dominium, et Comunitatem Civitatis Austrie est Not.s bone reputationis et fame cuius cuius Instrum.ti et scripturis publicis plena fides adhibetur

Data in nro Duc Palatio die in Iulij Ind.e in.a 1419

Maphius Locadelus Mg.e Comunitatis Civitatis Fori Iulij Cancelarius extrahi fecit suprascriptum Instrum.tu pacis una cum Legalitate ex authentico in Cancellaria, & in fidem se sub.t, et sigilavit

Locus Sigilli. Comunitatis. Civitatis. Petrus donato Provisor Civitatis Fori Iulij fidem facimus indubiam, et attestamur antedictum Maphium Locadellum

esse

esse huius Civitatis Not.rum matriculatum nec non Cancel:
larium Magnifice Communitatis eiusdem Civitatis cuius
publicis, ex attenticis Scripturis hic plena adhibetur
L: S: N fides, et ubique merito est adhibenda in quorum fidem
ex predicta Civitate die 4 Februarij 1580.

Locus Sigilli S.ti Marci

Antonius Maffetus coad.r no.r

In Christi Nomine Amen Anno Nativitatis eiusdem Dni nostri Jesu Christi 1420 Ind. 13.a decima Mensis Maij In Stupha Consilij Civitatis Austriæ Presentib. Nobb. Viris Dnis Carolo de Pijs Joanne Sim. Martini Adam de Frumentinis Simone Joanis Antonij Andrea de Brandis Guglelmo Hipolani Zenono de Portis et alijs —

1420: 10 Maggio

Cum Nob. Vir q. Alouisius q. Nob. Viri seu Nicolai de Strasoldo pro se, et nomine q. Nicolai q.m Fantuzij Consortis de Strasoldo pro quo promisit de rato sub obliga.te bonor. suor. in presentia antedictor. Testium et mei Not. Iniverit, tractaverit, et fecerit accordium cum antedicto Mag.co Dno Tadeo Marchione Estense stipulanti et recipienti vice, et noie Incliti, et Ser.mi Duc. Dom. Venetiar. his condictionib. pactis, et conclusionibus quibus Comunitas Civitatis Austriæ cepit, et iniuit cum dicto Ecc.mo Duc. Dom. pro ut ipse q. Aloysius ibidem constitutus et confessus fuit cum promissione de rato suorum Consortum ex parte sua sub obligatione omnium suor. bonor. et quia dictus q. Aloysius asseruit habere Castrum Zuins in pignore pro ducatis quingentis cum Consorte suo, quod Castrum pretendit esse domini Tritani de Savorgnano, Ideo contentus fuit cum promissione de rato ut supra quod approbant, et confirmant ipse, et Consortes sui omne id, et quid quid Ser.mam Duc. Dom. deliberabit super negotio, et pignore dicti Castri seu super dicto Castro cum intendit plenam libertatem dicto Ser.mo Duc. Dom. attributam et hoc cum obligat.e Ig.r in dicto Loco, et Testib. presentib. Nob. Vir q. Odoricus de Castello sub obligat.e omnium suor. bonor. promisit, et fide iussit, pro antedicto Dno Alouisio, et Consortib. ita quod ipsi idem ratificabunt et omnem voluntatem et

Aloysius de Strasoldo, concordio inito cum Dominio Veneto, ipsi submittit jus quod habet in castrum Zuiny pertinentem Tritano de Savorgnano

sententiam

memen sic
in pre
Ada
An
di
nib
nib
mul
tis
cus
An
Ve
ev
nic
et
inis
dictus
d, &
ceco
seu
s
te
de pre
cis,
ser
inib
e
rci
ia

et sententiam dicti Ser.mi Duc. Dom. super pignore dicti Castri dein tamen per dictum Duc. Dom. sententietur in hoc usque ad Natiuitatem dominice festiuitatis proxime futuram. Dictus q. Tadeus Marchio requisiuit, et petijt ab eodem ... de bonis Dni Tristani idem contentus fuit et declarauit, et plenam facultatem atribuit ex nunc ... Dnum Dom. super hoc qui ipsius uoluntatem et sententiam affirmabit et rattifficabit

Belphortis Visintt.s m. q. Dom. Franc.i aliena manu instrumentum concordium extraxi fuit ex notis olim q. Bertholomei marali Notarij.

Ciuitatis sibi commissis, et in fidem ro... Subscripsi

Petrus Donato Prouittor Ciuitatis Fori Iulij Fidem facimus indubiam, et attestamur antedictum Dnum Belphortem

Legales

Visintinum esse huius Ciuitatis publicum Coll.m et Legalem Not.m cuius publicis, et authenticis scripturis plenam adhibetur fides, et ubiq.; merito est adhibenda in quor. fidem

Ex Ciuitate Fori Iulij Die 4 Februarij 1580.

Antonius Maffettus e cad. ...

Iam antescriptum Instrum.tum ex authentico subscripto manu antescripti Dni Mathei Lucadeli cum Legalitate precedenti, et subiuncta; quod etiam Instrum.tum Concordij ex authentico subscripto manu Dni Belphortis ante scripti cum Legalitate subsequenti Bithinus Beuilaqua Ciuis, et Not.s Collegiatus Vtini manu propria extraxit, et se subscripsit cum signo, et nomine suis Solitis, et consuetis fid. —

Et ego Dominicus Brandolisius Not.s maniacensis Ver.ta premissa omnia contenta in duobus Instrum.tis ut ante sic requisitus ex alijs consimilibus existent. in quodam Processu cum authenticatione olim Sp. Dni Io Bapt.e Marchetani

L: S: N:

Marchetani Cancelarij Patriæ de anno 1589 penultimo
Xbris fid.r exemplaui, meq. in fidem subscripsi et solito
Tabellionatus signo roboraui

Die 27 Julij 1715 Ind: 8.a L. Dom.

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem mille-
simo Quadrigentesimo Vigesimo Ind. 13 Die Dom.ca 26 men-
sis Maij Actum in Civitate Austriae Aquilejensis diecesis in
stufa Comunis dictae Civitatis ubi Consilium aggregatur pre-
sentibus Nobilibus et Prudentibus Viris Nicolao de Portis, Ada-
mo de Formentinis Andrea de Boadis Simone Jo. An-
tonij Guelmo Leupoldi Virgilio de Virgil, Jacobo de Co-
stantinis Ernesto Antonij Trauglio de Portis iis omnibus
Civibus, et habitatoribus terrae Civitatis Austriae, isvedi testibus
ad infrascripta habitis vocatis et rogatis, et alijs in mul-
titudine copiosa.

1420: 26 Maggio

Pax et Liga inter Dominium Venetum et Dominos de Attemj, de Zucco, de Partestagno

Ad Laudem Omnipotentis Dei, et Beatae Virginis eius matris
gloriosae, et Beati Marci Evangelistae Mag.cus Strenuus,
et Generosus Vir D. Thadeus Marchio Estensis gentium ar-
migerarum et pedestrium pro Ser.mo et Excelso Duc. Dom. Ve-
netiarum in Patria Fori Iulij militantium Caput, et Guber-
nator, vigore authoritatis et Baliae ut asseruit in hac
parte a prefacto Domino attributae Sibi agens vice, et
nomine prelibati Excelsi, et inclyti Duc. Dom, et Comunis
Venetiarum, et Nobiles, et Egregij Viri D.nus Nicolaus dictus
Lo Barba et Asquinus de Attems per se et eorum fratres, &
Consortes Castri Superioris et inferioris Pretor de Zucco
per se, et eorum Consortes, ac Henricus de Partestagno per
se et fratres et Consortes eius, pro quibus omnibus
tam fratribus, quam Consortibus dicti Nobiles promise-
runt de rato agentes Suo nomine et vice dictorum
Suorum Consortium, et fratrum ad infrascriptam Pacem, Deo pre-
vio perpetuo duraturam cum modis formis, pactis,
et conditionibus infrascriptis unanimiter et concorditer
devenerunt. Primo quidem dictae partes dictis nominibus
Sibi ad invicem remiserunt et remittunt hinc inde
omnes iniurias, rancores, et offensiones, cedes homici-
dia

homicidia, uulnera, crimina, scelera et delicta et alias cuiuscumque generis offensiones quomodocumque illata, & perpetrata hinc inde per supradictas partes, seu per ipsas partium subditos, et singulares personas, ita ut liceat, et licitum sit cunctis habitatoribus, et subditis dictarum Terrarum, et Locorum ambarum partium tam per terra, quam per aquam ire ad terminos et Loca utriusque partes stare conuersare, Marchari et negotia sua exercere et ad libitum recedere cum bonis Mercantijs et rebus suis tute libere, et sicure ac sine molestia aliqua uel nouitate, prout ante tempus presentis Guerre facere Consueuerant. Item promiserunt et conuenerunt ac promittunt et conueniunt dicti Nobiles, per se et nominibus quibus supra prefacto Dno Thadeo Marchioni recipienti nomine, et uice prefacti Serenissimi Duc. Dom. et Comunis Venetiarum quod ipsi, & Consortes sui sint, et esse debeant inimici Regis Romanorum et Vngarie et esse contra quemcumque personam descendente de partibus superioribus pro damnificando Illmo Ducale Dom. Venetiarum exponendo omnes uires suas in terris, Castris, et Locis ac dominijs suis, et quod Gentibus armigeris Equestribus, et pedestribus et quibuscumque alijs generibus ipsius Illmi Duc. Dom. Venetiarum omnem fauorem auxilium et uictualia possibilia eis pretio iusto, et competenti debunt, eisdemque dabunt passum transitum, et receptum in Locis, et per Loca sua. Item promiserunt pro se et nominibus quibus supra in presenti Guera gentibus supradictis dicti Illmi Duc. dom. Venetiarum dare uictualia eis possibilia pretio compsetenti, et omne auxilium consilium, et fauorem, introitum et exitum in Locis et per Loca sua contra Patriarcham, et Comunitatem Vtini, et contra omnes alios compatriotas dicte Patrie qui sunt, et erunt inimici dicti Illmi Duc Dom. Venetiarum

Venetiar., et contra ipsos eius inimicos. Item promiserunt pro se
et nominibus quibus supra quod dabunt et restituent Egregijs
et Spec.libus viris D. Tristano de Savorgnano Militi et Fran.co
eius fratri, et alijs exticijs de Utino, et alijs Locis Patriae
Fori Julij qui sunt cum dicto D.no Tristano, et Fran.co ami-
ci Ill.mi Dominij Venetiar., omnia fortilizia, et bona sua
que sunt sub suo Dominio, ita quod dictis fortilicijs
et bonis suis, ac eor. redditibus gaudere possint sine
aliqua contradict.ne, et prefatus D.nus Thadeus Marchio
nomine, et vice dicti Dom: et Comunis Venetiar. promi-
sit et convenit dictis Nobilib., et mihi Not.o infrascripto
tamquam publice persone stipulanti, et recipienti nomi-
ne, et vice dictor. Nobilium, et Consortum suor. Quod si dicti
Nobiles opprimentur et offendentur tam a D.no Rege Ro-
manor., et Ungarie, et ab alia potentia descendente de par-
tib. superiorib., quam a D.no Patriarcha, et Comunitate Utini,
et ab alijs inimicis Ill.mi Duc. Dom. Venetiar., Patria pre-
dicta, dictum Ill.mum Duc. Dom. Venetiar. tuetur, et deffendet
eos contra predictos sicut faciet alia Loca sua. Item pro-
misit n.oie quo supra quod si dictum Ill.mum Duc. Dom.
veniet ad aliquam pacem seu treguas cum prefato D.no
Rege, aut cum Domino Patriarcha Aquileiae, et Comunitate
Utini, dictos Nobiles poni faciet in pace, aut treguis
predictis. Quam quidem pacem, et omnia, et singula supra-
scripta et suprascriptis Capitulis contenta dicte partes, di-
ctis nominibus ad invicem, et vicissim scilicet una pars
alteri, et altera uni solemnib. stipulationib. hinc inde
intervenientibus promiserunt et promitunt, et con-
venerunt sub dictis modis, et conditionib., singula,
et singulis refferenda, ratta, et grata, ac firma habe-
re, et tenere et in aliquo non contrafacere, vel veni-
re quavis occasione, ratione, vel Causa que dici, vel

excogitare

excogitare posit de iure, vel de facto per se vel alios directe, vel indirecte, tacite vel expresse vel aliquo quesito colore Sub pena vero Mille ducatorum boni auri, et iusti ponderis Solemni Stipulatione promissa, et cum restitut.e omnium dannorum interesse, et expensar. que propter ea fierent Litis et extra, in quam penam incidat pars illa, et ear. partium quelibet que contrafaciet in predictis, aut aliqua predictor., que pena a parte contrafaciente poss.it, & valeat per partem observantem totiens quotiens fuerit contrafactum ut supra et pena soluta vel non nihilominus omnia, et singula supradicta perdurent et pro quibus omnibus, et singulis firmiter observandis, et adimplendis dicte partes dictis modis et nominibus sibi ad invicem vid. dictus D: Marchio dictis nominibus per se et suis Consortibus recipientibus obligavit Omnia bona Comunis Venetiarum mobilia, & imobilia presentia et futura, et vice versa dicti Nobb: per se, et nominibus quibus supra obligaverunt eidem Dni Marchioni vice, et nomine Comunis Venetiar. recipienti omnia eor. et Consortum bona presentia, et futura. Insuper dicti Nobiles nominibus quibus supra ad maiorem predictor. firmitatem sponte, et ex certa scientia iuraverunt ad S.ta Dei Evangelia corporaliter tactis Scripturis in animas suas, et eor. Consortum supras.pta omnia, et singula, et quolibet ipsor. attendere, et observare, et adimplere perpetuo bona fide ad sanum, et purum sensum, et intellectum omni cavillatione, obscuritate, mala interpretatione, dolo et omni fraude remotis, et ad maiorem firmitatem sigilla sua hic infra impresserunt voluerunt et mandaverunt dicte partes, et rogaverunt de predictis omnibus et singulis per me Antonium Bononiensem Not.m infrascriptum confice debere unum, et plura infras.pta eiusdem tenoris.~

Ego –

Ego Antonius Muglieni olim ser Mathei de Bononia habitans in Civitate Austriæ pub.cus Imp.li auct.te Not.us predictis omnibus et singulis presens fui, et rogatus scripsi, et roboravi.~

Hoc exemplum proxime supra scriptum per me Franciscum Mutium suprascriptum sumptum, ex authentico, et instrumento publico scripto manu q. Antonij Not.i Muglieni de Bononia cuius exempli tenor de verbo ad verbum proxime supra notatur.

L. S. N.

[illegible]

Locumtenenti Patriæ Fori Julij, et successoribus suis

1424: 14 Aprilis

Confirmatio Privilegiorum DD de Purcilis et de Spilimbergo per Dominium Venetum.

Accedentes ad presentiam nostram Egregij Viri Federicus Comes de Purcilijs, et Henricus de Spilimbergo exposuerunt nobis sub literis omnium Nobilium Patriæ Fori Julij quædam circa privilegia, et imunitates, quas habent in eadem Patria, qua expositione sua intellecta terminavimus, et sic denotamus Vobis, quod nostræ intentionis fuit et est, quod Nobiles omnes predicti gaudere debeant dominationi, privilegijs concessionibus et imunitatibus ac antiquis consuetudinibus quibuscunque, quas habent in Patria antedicta, et propterea fidelitati Vestræ iniungimus, et mandamus, quatenus predictas concessiones, imunitates, et privilegia ac consuetudines pro de observare, et observari facere inviolabiliter debeatis &c.

Dat. in Nostro Duc. Pal.o die 14 Aprilis 1424

S. N. Nicolaus Machanus Pub.s Veneta autoritate Not.s et Civis Cremone premissa omnia per sibi fidam exemplificationem facta debita collatione subscripsit, et in fidem.

Nos Georgius Contareno pro Ser.mo Duc. Dominio Venetiarum Patriæ Fori Julij Locum.s Tenentis, Attestamur ultrascriptum Dnum. Nicolaum

L. S. D. Marci

Machanum esse Notarium autoritate Veneta cuius scripturis publicis plena fides adhiberi potest. In quorum

Utini die 27 Julij 1635

Joannes Franciscus Vicardi Not.s Canc.e

Concordat cum alio consimili autentico extraxit in off.o Canc.e Patriæ, affirmante Dauid Zattina Canc.s Patriæ.

Utini X Maij 1684

Nos Aloysius Contareno pro Ser.mo Duc. D. Ven. Locum.s Tenentis Patriæ Fori Julij, Attestamur supradictum D. Dauid Zattina esse talem, qualem se facit, et sub.t. &c.

Utini die 13 Maij 1684 Julius Castro Canc. Patriæ Reg.

In Christi Nomine Amen. Anno a Nativitate eiusdem Dni nostri Iesu Christi, millesimo Quadrigentesimo trigesimo quarto Ind.ne duodecima die 18. Maij. Actum in Civitate
1434: 18 Maggio Austrie diecesis Aquilejensis Sub vetevi Dom. Comunis prope sicclas Hufe consilij, presentibus Nobilib. Viris q. Joann. de Brandis, q Joanne de manzano q.m q Thadei q Nicolao de Brandis, q Joan. quondam ser Ant.o q.m q Zane a ferro omnibus habitantib. in Civitate Austrie testib. et vocatis. Ubi quidem coram Nob.i Viro q Nicolao de Vrgnispacho honorabili Gastaldione Comunis Civitatis Austrie pro infrascriptis pro tribunali sedente Constitutus Nob.: et Egregius ac famosus legum doctor Dnus Henricus q.m Nob. Viri q Pretti de Zucco suo nomine, et vice et nomine, suorum fratrum et Consortum suor. proposuit quod cum olim Egregij Viri Dni Nicolaus dictus Lo barbo et Asquinus de Attems Castri superioris et inferioris Dnus Pretas de Zucco, Henricus de parte stagno per se, et fratres ac Consortes eor. in deditione et recomendatione dedissent, et bonam pacem fecissent cum Mag.co et Strenuo Viro Dno Thadeo Marchione Estense Gentium Armigerar. pro Ser.mo et Inclito Duc. Dom. nro Venetiar. in Patria Fori Julij militantium Capitaneo, et Gubernatore habente ad id auctoritatem atque baliam, et nomine ipsius Ser.mi Duc. Dom Venetiar, et de dicta pace constaret quodam publico Inst.o quod erat apud Mag.cam Comunitatem Civitatis Austrie, quod Instrum.tum dicta Comunitas recusabat sibi dare, tandemq. vigore Litterar. Mag.ci et Generosi Viri Domini Fantini Viaro pro ipso Ser.mo Duc. Dom. Venetiar. In Patria Fori Julij Locumtenentis generalis determinasset copiam et exemplum dictae Pacis sibi dare, prout constat de dictis Litteris in registris dicti Comunis et de dicta determinat.e in quaternis eius. Idem instans q: petit prefatum exemplum ex autentico et publico

publico transumptum cum ipso publicato diligenter ascultare, et coram ipso insinuari debere & ab astantibus petere an fieri deberet. Quo Dno Henrico tradito, et per Dnum Gastaldionem prefactum petito quid iuris a prefactis astantibus nemine discrepante sententiatum fieri debere iuxta propositionem per eum factam cumque coram prefacto Dno Gastaldione insinuatum fuerit et in eius presentia per me Franciscum Hunticum infrascriptum Notarium et alios infrascriptos Not.: cum autentico diligenter auscultatum fuerit et ipse D: Gastaldio cognouerit illud cum ipso autentico per omnia concordare, et adhibeatur eidem de cetero plena fides sua, et sua fungibus authoritatem interposuit pariter, et decretum.

Ego Ioannes Paulus natus q. Gasparini de Lrionis de Venzono Ciuis et habitator Ciuitatis Austrie Aquileiensis diocesis pub.: Imperiali aucte. Not.: hoc exemplum una cum infrascripto Bartholomeo Baldasare, et Nicolao Notarijs, ac authenticum Instrumentum scriptum manu Antonij Mugliense Not.: suprascripti coram prefacto Dno Gastaldione diligenter, et fideliter asculaui, et quia utrumque concordare inueni de iussius Dni Gastaldionis, mandato in eiusdem exemplum plenam fidem, et Testimonium me subscripsi. —

Et Ego Dominicus Brandolisius Not.: Mamacensis Ven.to Auct.: Sic reg.: Instrumentum ultrascriptum una cum subiuncto actu ex alijs consimilibus existentibus in quodam Processu cum authenticat.o olim Sp: dni Io: Bapte Marchetani Cancellarij Patrie Fori Iulij de anno 1599 penultimo mensis fid.: exemplaui, meque in fidem subscripsi, et solito Tabellionatus signo roboraui Die 24 Iulij 1715 Ind.: 8.a

L. S. N.

Manumissio accoli q. de Mathei et alior. filior. utriusq: Sexus. 178

In Christi Nõe Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesº Quatricentesº Trigesº quarto Ind.e XII. die Sexto Mis Januarij; Actum Maniaci in Domo habitationis heredum q. de Nob. Viri Dni Bartolamei olim Nobilis Nihili de Maniaco: Presentibus Eg. Viro Dño Antº de Sancto Daniele utriusq: Doct.e, Nicolao q. Francisci, Domico q. de Nicolai Barbarini, Iordano q. de Bortolusij, Laurentio q. de Cornerij de Travena, Bortolusio q. Dnici Ungari, Domco q. de Bornili, Steffano q. de Marte, Antº Filio Nicolai olim Drigussij, Ioanne q. Enrici, Bortolusio q. de Dominici, Francisco q. de Pelligrini omnibus de Maniaco Testibus ad hec specialiter vocatis et rogatis et alijs.

1434 } 13. Ien.

Manumissio servorum facta per Simonem de Maniaco.

Ni: cum Redemptor Noster totiusq: Creature ad hanc propitiatus humanam assumere voluerit carnem Divinitatis suę gratia, dirrupto, quo tenebamur vinculo Servitutis, Nos restitueret libertati Salubriter agitur; Si homines, quos Natura ab initio liberos produxit, et ius Gentium Servituti Iugo Subiecit, in qua nati fuerant per manumittentes beneficio libertatis redantur; Idcirco Nobilis Iuvenis Simon q. de Nob. Viri Dni Bartolamei olim de Nihilio de Maniaco, nec Nob. et Honesta Dna. Agnes Mater dicti

S

& Symonis Uxor olim prefati S. Bartholamei tamquam
Tutrix, et Tutorio Nomine filior. pupillor., et heredum q.m
Suprad.ti S. Bartholamei, una cum consensu, et voluntate
Nob. Viri D. Franceschini Panzera de Zoppola . . . . .
Supradictor. Filior. pupillor., et heredum ad infrascriptã
Manumissionem presentis D. consentientis de eor. propria volun=
=tate, et tranquillo Animo ex intuitu, et misericordia in remissionẽ
omnium suor. peccatorum Parentum, et Predecessorum, ac pietate
moti dederunt, et tradiderunt per se, et suos heredes, sive suc=
=cessores, et nunc, et in futurum imperpetuum Iacobo q.m Mathei
de Thessa, nec non Ioanni Antonio, et Menegæ filiis dicti Iacobi,
et omnibus eor. filiis, et filiabus natis, et nasituris de cetero
utriusq: sexus, puram, et meram libertatem secundum usum,
et consuetudinem Civitatis Romanæ, et eos, et eas ex hac hora,
et die liberos Cives Romanos efficientes, liberantes, eximentes,
penitusq: dimittentes eosdem Iacobum, Ioannẽ Antonium, et
Menegam, et eor. eius filios natos, et nasituros de cetero Masculos,
et feminas utriusq: sexus à sua manu, potestate, et Dominio, et
ab omni condit.ne, gravamine operis, et operarum impositioné
tam obsequialium que consistunt in non faciendo ut puta de non
vocando in ius Manumissionis suos, venia non petita, et eor.
omnium tam artificialium, quã fabrilium nunc, et in futurũ.
amore paternatus, et revocatione in servitutem ob quamcumq:
ingratitudinem, vel offensam, ita quod liceat eidem Iacobo, Ioanni
Antonio, et Menegæ Manumissis, et eor. filiis natis, et nasituris
Masculis

masculis, et feminis utriusq: sexus, [illegible] autem, si competat in futurum contra manumissores, et eorum liberos intentare, et etiam criminalem quamlibet accusationem si crimen hactenus, vel imposterum commiterent per dictos manumissores, et eorum heredes, ac successores, omni pena sublata, nec non remittentes eisdem manumissis, et suis futuris filiis masculis, et feminis utriusq: sexus omne suum patronatus, et denun=
=tiantes, sive restituentes eosdem Jacobum, Joannem, An: Antonium et Menegam, et omnes suos filios pubes, et futuros masculos, et feminas utriusq: sexus natalibus antiquis, et iuri ingenuitatis, et denuntiantes istos, et omnes suos pubes, et futuros filios, masculos, et feminas utriusq: sexus cives Romanos, atq: restituentes iuri primario secundum quod omnes homines liberi nascebantur, nec erat illis temporibus manu=
=missio introducta, cum servitus esset incognita. Tradiderunt insuper, et dederunt eisdem Jacobo, Joanni, Antonio, et Menege, et omnibus suis filiis presentibus, et futuris masculis, et feminis utriusq: sexus totum, et universale peculium suum à rationibus Dni separatum, et generaliter omnia sua bona mobilia, iura, et actiones reales, et personales, utiles, et directas, tacitas, et expressas, atq: occultas, tam presentia quam futura de libero quod predicti manumissi, et sui heredes nati et nasci= nascituri masculi, et femine utriusq: sexus non teneantur, nec

nec obligati sint aliquam reddere rationem de iis, quae
in servitute gesserunt, etiam si illa sint connexa iis, quae
~~gererunt~~ gererent in libertate, dantes, et restituentes eis et
cuilibet eorum et ipsorum filiis Masculis, et Feminis, tam praesentibus,
quam futuris puram, et meram libertatem, et generalem
administrationem omnium rerum eorum mobilium, et immo=
=bilium presentium, et futurorum, ita quod sine aliquo obstaculo
servitutis, et manumissionis ac suorum successorum, et cuius=
=libet alterius conditionis possint ipsi manumissi, et eorum
liberi Masculi, et Feminae praesentes, et futuri omnes, et singuli
libere emere, vendere, donare, obligare, contrahere, ac quasi in
iudicio stare, testamentum facere, et codicillari, et generaliter
omnia, et singula facere, ac liberaliter exercere, quae quilibet
ingenuus civis Romanus, liber homo, paterfamilias, et sui
iuris facere potest, ac si ab ingenuis parentibus nati essent:
Promittentes sup.ti D. Simon, Dna Agnes tamquam Tutrix, et
Tutorio nomine, ut supra manumissores per se, et eorum heredes, ac
successores suos dictis Iacobo, Ioanni, Antonio, et Meneghe, pro se,
et eorum heredibus, et filiis Masculis, et Feminis praesentibus, et futuris,
et omnibus ex eis descendentibus stipulantibus et recipientibus.
praedictam manumissionem, et libertatis dationem, et omnia et
singula supradicta, et infrascripta in hoc Instrumento contenta ab
omni hominum persona, Colleg.o Ecclesia, et Universitate legitime
deffendere, manutenere, authorizare, et disbrigare, et omnia, et

et singula suprascripta, et infrascripta, seu in hoc Instrum:
contenta perpetuo firma, rata, et grata habere, tenere,
observare, et adimplere ubicumq: personaliter fuerint requisiti
tam in Iudicio, quam extra omnibus suis periculis, et expensis,
et in nullo contrafacere, uel uenire dicto seu facto per se, uel
per alium, se per alios aliqua ratione, causa, uel ingenio
sub pena Ducatorum Centum boni, et puri Auri in singulis
Capitulis huius contractus, cuius pene medietas cadat Fisco
alia uero Medietas suprascriptis Manumissis, que pena toties
peti, et exigi possit cum effectu quoties contrafactum fuerit
dicto facto, aut minus, qua pena soluta, uel non, presens In:
strumentum, et Omnia, et singula suprascripta perpetuo
firma perdurent. Item promittentes suprascripti manu:
:missores pro se, et suis heredibus, et successoribus eisdem
manumissis reficere, emendare, et restituere eis, et heredibus
suis omnia, et singula damna, et expensas, ac interesse tam
in Iudicio, quam extra, si aliquo tempore sibi, aut heredibus
suis lis, aut questio moueretur. Pro quibus omnibus, et
singulis firmiter obseruandis, et attendendis suprascripti manu:
:missores obligauerunt eisdem manumissis omnia sua bona
presentia, et futura: Dantes, et concedentes mihi Not.° infra:
:scripto plenam licentiam, et authoritatem, ut de predictis
debeam conficere publicum Instrumentu cu sapientis consilio
Premissum

Premissum manumissionis Instrumentum de Notis, et Proto=
=collo q.m Egregij Dni Leonardi Bonincombi de Frixonibus
Civis Conegliani Notarij, ut mihi dictum fuit, existentibus
penes Magnificum Dominum Pompeum ex Nobb. Dnis Ma=
=niaci, et per eum mihi exibitis extraxi. Ego Laurentius

S. N. Attavus Spilimbergius q.m Exr D. Joannis Mariæ pub.s
Imp.li auctate Not.s et Maniaci Cancell.s, prout inueni, et me
subscripsi cum solitis signo, et Nomine &c.

Ultrascripta omnia in his paginis contenta, ex alio consimili
authentico manu suprascripti Not.ij existente penes Nobb. Dnos
Petrum Antonium et Fratres de Maniaco, Ego Dominicus Bran=
=dolisius Not.s Maniacensis V. A. sic requisitus med.te aliena

S. N. mihi fida Manu fid.r exemplaui, et facta incontractione cum
Originali concordare inueni, ideo me subscripsi, et solito signo
roboraui

Die ii Junij 1710 Ind.ne 3a

1444. 27 Junij In Cons.° X. ... existente in off.° Clarissimor. Dnor. Capitum ... 54

Cum hoc Consilium principaliter creatum sit ut habeat providere circa quaeque stabilimentum concernerent nostri status et obviare omnibus his quae scandalum, aut inconvenientia valeant generare, et propterea magna est sibi attributa authoritas, et libertas etiam revocandi partes in aliis consiliis captas quae non sunt stricte, et legales et clarae intelligantur, inter caetera quae non parum errore, et scandalum possunt inducere, et ut interrumpant pacta privilegia, et concessiones factae subditis nostris quia exinde animi dedignantur et multa mala possunt inducere, et a certo tempore citra capita de quadraginta certas provisiones produxerunt pro rectoribus, et aliis rebus contra formam pactorum privileggiorum, et concessionum quas ipsi subditi nostri a nobis habent nulla facta mentione in istis provisionibus quae forent contra pacta privileggia, et concessiones praedictas, quod non est tollerandum.

1444: 27 luglio

Il consiglio dei X tutela i privilegi e le concessioni fatte ai sudditi della Repubblica

Vadit pars quod omnes partes positae tam de rectoribus, quam de quacumque alia re contra pacta privilleggia vel concessiones per nos subditis nostris factas sint revocatae, et pro revocatis in totum habeantur, et propterea ordinetur, et statuatur quod de caetero poni non possit quicquam contra pacta, promissiones vel privilleggia sua, et quas subditi nostri a nobis habent, et si ponerentur non valeat nec teneatur nisi posita sit per quatuor consiliarios, et duo capita de quadraginta ad minus, et capta per tres partes consilii, et si quis contrafecerit cadat de ducatis mille et bannatur de maiori cons.°, ac privetur omnibus offitiis, et beneficiis per quinque annos, et non possit praesens pars revocari, suspendi, vel declarari, aut aliter ullo modo poni, nec contrafacientibus fieri gratia, donum, remissio vel aliqua

aliqua compensatio sub eadem pena, et sic procedatur de pena in penam usque in infinitum et comitantur hec inquirenda et pena exigenda capitibus huius Consilij - Ultra vectores quod si quis Rector ellectus per supradictas provisiones positas per Capita de quadraginta contra supra ipsa Pacta, Privileggia, vel concessiones Subditorum nostrorum jam innet compleat terminum pro quo fuit ellectus et postea reddeat et alius non elligatur nisi iuxta pacta, Privilleggia, vel concessiones factas illi vero qui electi fuissent et non recessissent non vadant sed remaneant - absoluti. ~ ~

L. d. 3.

MCCCCLXVI Die 24: Maij In Consilio Decem

Cum Dominatio Nostra volens conservare subditos nostros in eo quod pacifice possidebant quando venerunt ad obedientiam nostram iusserit cum Consilio Rogatorum, et ultimate cum isto

1466: 24 Maggio Consilio X. quod non fiat inquisitio de bonis illorum de Cavara et item non fiat de bonis Domini de Ravena, ut cessavent Scandala et Murmurationes que in Nostris Subditis oriebantur et conveniat honori nostro id ipsum observatur in Patria Fori Julij. Vadit pars, quod fideles Nostri compatriotae non possint de cetero Molestari vel inquietari per aliquos Rectores, vel Officiales, aut Sindicos Nostri Dominij in bonis, que tenebant in tempore Patriarcharum, sed maneant in possessione omnium rerum quas possidebant quando sub Dominio Nostro venerunt, et possint ipsi gaudere sua, et cessent Murmurationes que indebite oriuntur. Ex processu alias formato coram Cl.mo Dno Locumtenente anno 1496 manu S. q. Antonij de Sancto Dan: Not.is vertente inter magnificos DD. Co: Purliliarum ex una et homines de Castellanis ex altera, reg.s ego Jo: Maria de Cecellis Not.s aliena fida manu eduxi die in quibus 1574 ideo

Sig. Notarij

Il Consiglio dei X vieta che le autorità molestino i nuovi sudditi Friulani nel possesso dei beni loro pervenuti durante il Patriarcato.

Ex alio consimili exemplo aliena fida sibi manu educto quia optime concordare invenit Jo: Bapta filius q. Ex.mi Dni Andree a Fabris de Fulcinico Pub.s Imp. Auct.te Not.s, ideo se sub.it et solito suo signo roboravit – Laus Deo

Ex quodam Processu Papyris coöperto Parte premissa Joannes Antonius Gelmi V.A. Not.s Terre Sancti Danielis fid. ex.it et apposito signo sola sub.it in fide T.L.S. O.M.

Die 26 Mensis Julij 1715

L. S. Ns:

1469 Ind.e secunda die Veneris ... Mensis X.bris
in Castro Utini

In Dei æterni nomine Amen, atq; Gloriosissimæ Mariæ Virginis.
Cum pro Taleis huius Patriæ fiendis per Prelatos, Nobiles, Castellanos, Comunitates, et alios feudatarios cuiuscunq; sortis, qui, et quæ tenentur pro Ehereditis, et alijs secundum antiquam osservationem

1469: ... Nos Franciscus Venerio pro Ill.mo, ac Potentissimo Duc. Do. Venetiarum Patriæ Fori Iulij Locumt.s Generalis ordinamus, ut oẽs suo dicti &c. ponant in ordines, et hoc mandato Ill.mæ Dominationis Nræ propter advent. Turcarum ad partes proximiores huius Patriæ, et comittisemus dato honestissimo termino, ut oẽs monstram de Talea tangente cuiq; facerent, et ... multi ex supra scriptis venerint, et fecerint monstram de parte, et non in totum, prout tenebant; aliqui vero minime venerint, nec ullam monstram fecerint; cæteris omissis &c.

Disposizione del Luogot.te Fr.co Contarini sulle Taglie in Friuli

David Fabrina Canc.r Patriæ &c.

Nos Aloysius Contareno pro Ser.mo Duc. Do. Venetiarum Locumt.s Generalis Patriæ Fori Iulij. Attestamur supra scriptum D. David Fabrinam esse talem, qualem se facit, et subt. Hest Inquirens
Utini die 4 Iulij 1684

Iulius Castro Not.s Pret.s &c.

1471 Ultima Febr.

Il Doge Nicolò Tron ca Benedetto Venier luogot. della mandare la provision della calata dei Turchi

Nicolaus Trono Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili, et sapienti Viro Benedicto Venerio de suo mandato Patriae Fori Julij fideli dilecto salutem, et dilectionis affectum.

Si ullo unquam tempore opus fuit pheudatos istius Patriae equos, peditesq. habere, quos per formam eorum obligationis tenere teneantur, hoc maxime tempore necessarium est ob incursiones, atq. Turchorum pericula. Mandamus ideo vobis efficacissime ut prefactos pheudatos, et monere, et cogere debeatis ad tenendum eum equorum numerum, quem tenere tenentur, quia quanto numerosiores, et potentiores in ista Patria erimus, tanto facilius hostium nostrorum propulsabis periculum, expectantes nostram responsionem super executione huius mandati nostri &c.

Dat. in nro Duc. Pal.o die ultima Febr. Ind. 5.a 1471

Ex lib. Ducalium mediante aliena manu exhausit et sub.t Joseph Gallici Canc.r Pu. Ordi.s

Utini die 21 July 1684

Nos Aloysius Contareno pro Ser.mo Duc. Do. Venetiarum Locumt. Patriae Fori Julij Generalij. Attestamur suprascriptum Ser. D. ~~David~~ Josephum Gallici esse ord.m huius Cancellariae

Utini die 19 Augusti 1684

Quintilius Carbo Notis Prest. &c.

Copia

1478. 18 Genn.

Il Doge Mocenigo a Giov. Emo Luogot. di provincia la preventiva in prevensione di una incursione turchesca.

Ioannis Mocenigo Dei gratia Dux Venetiarum, Nobili, et sapienti Viro Ioanni Emo Militi de suo mandato Locumtenenti Patriae Fori Iulij fideli dilecto salutem, et dilectionis affectum.

Significamus Vobis, quod heri in Nostro Consilio Rogatorum capta fuit pars infrascripti tenoris videlicet: Quit pro Nostro Dominio considerata necessitas status Nostri Patriae Fori Iulij ob assiduas incursiones Turcharum providere per omnem viam, et modum, quod in dicta Patria in omni eventum habeant, illeque maiorem numerum equitum, et peditum, qui possibilis sit pro obstando viribus inimicorum. Cum itaque reperiantur ipsa Patria nonnulli Castellani, et Comunitates, qui et quae obligati sunt ad omnem casum, et necessitates mittere ad omnem ordinem, et mandatum nostrum, vel officium nostrorum dictae Patriae certum numerum tam equitum quam peditum causa praedictorum bonorum a nostro dominio habitorum prout patet in notis, et scripturis Cancellariae Nostrae Utini, et post taleas, et taxas predictorum factas, et descriptas per serenissimum Principem nostrum hunc Locumtenentem predictae Patriae nullo amplius facta fuit descriptio, quae necessario fienda est. Vadit pars quod mittatur, et mandetur Locumtenenti Nostro, quod immediate faciat, seu fieri facere debeat descriptionem, et taleam omnium suprascriptorum Castellanorum, et Comunitatum obligatorum ut si qua talea, et descriptionis facta praeciperet eis omnibus debeat Nostro Nomine quod se ponant in ordine, et in puncto, ita ut ad omne eius mandatum equitare possint, quo sibi fuit impositum secundum quod fuit opus, et prout ipsi tenentur. Quare Auctoritate suprascripti Nostri Consilij Rogatorum mandamus Vobis quatenus supra partem, et contenta in ea observare, et observari, et exequi inviolabiter facere debeatis

Datum in Nostro Ducali Palatio die 18 Ianuarij Indictione 12. 1478

Concordat cum Originali Joseph Valini Cancellarius Patriae Fidei

Utini die 20 Iulij 1684

Nos Aloysius Contareno pro Ser.mo Duc. Dominio Venetiarum
Locumt. Generalis Patriae Fori Julij. Attestamur infrascriptum
Sp. D. Josephum Tallici esse ordinarium huius Canc.riae Praef.
Dioc. in quorum fide

Utini die 19 Augusti 1684

Quintilius Carbo Not. Praef.

Locumtenenti Patrie Fori Iulij 192

1487: 26 Ap^te

Lettera della Signoria al Luogotenente della Patria in materia di feudi e furti

Venerunt ad presentiam nostram quemadmodum nostris, et de illorum aduentu per uestras litteras notitiam dedistis Sp. oratores istius Fidelis^me Patrie nostre uid. D. Hieronimus de Cergneo, D. Tristanus de Sauorgnano et D. Octauianus de Spiglimbergo, quibus auditis, et intellectis his omnibus que prudenter nobis significarunt, tam super facto Pheudor, quam super facto Focor, ob ordinem que superioribus diebus uobis exoeramus, tamen post maturam habitam considerationem deliberauimus, et sic nostre intentionis est, et mentis. Vobisq: mandamus quod pro quanto ad rem dictor Pheudor, nullam faciatis nouitatem neque molestiam aliquam in ipsis Pheudis, sed iis inferri permittatis in iis Fidelissimis compatriotis nostris qui sunt in possessione dictor Pheudor; Pro quanto autem attinet ad rem focor, permittimus Iud^no uestro cognitionem, et correctionem cuiuscumque inconuenienti, et transgressioni ordinum nostror, quem super inde commissam fortane uideritis, itaque debito ordine nostro directam iuxta continentiam partis postremo capte in Cons^o nro rogator circa dictos focos prouedeatur, pro ut uestra prudentia confidimus. Hec igitur est expeditio quam dedimus prefactis Spectabilibus et Nobis dilectis Oratoribus, qui cum bona gratia, et uenia nostra ne diutius hic cum eor incommodis et sumptu morentur domum reuertantur. ~

Die 26 Aprilis 1487

Consiliarij

Fran^cus Marcello. –
Hieronimus Contareno –
Joannes Mauro. –
Antonius Grimanus –

L. S. T.

ni
e:
mo
Dnõ
ico

s:
lan-
lis
ti
2

iana
m.

ta:
Dnã
ta:
Sega°
olai
rus
Bus
tis
sce:
lu:
i)
a
t
et:
i:
bt
ia
le
:8

14

[illegible]

In Christi Nomine Amen. Anno Nativitatis eiusdem Dni Millesimo Quadringentesimo nonagesimo secundo. Ind. decima Die Mercurij ultima Februarij. Actum Utini in domo ipsius D.ni Bartholomei. Presentibus Spectabilibus D.no Bartholomeo de Zirardnis q. Odorico a Merulis, et q. Odorico de Castello Testibus vocatis.

14 9 2: 28 Feb.° — Stipulazione fra Giacomo Foschi di Cucagna e Nicolò de Passerini avente per oggetto il molino di Cortale

Cum hoc sit, quod alias Nobilis q. Jacobus q.m Dni Ioannis de Foschis de Cucanea Civis Utinensis condemnatus fuisset ad dandum et solvendum Nobili Dne Bartholomeae Uxori Nobilis q. Nicolai de Passarinis, et filiae q.m Nobilis q. Simonis de Partistagno Ducatos aureos ducentos quinquaginta, prout in sententijs notatis manu q. Iacobi Notarij Sapienti in suis millesimo ind. et die, et prout in transactione notata manu mei Not. et hoc vigore certi legati facti per dictum q.m D. Ioannem filiabus et filijs q.m Nobilis Dna Perinae filiae dicti q.m Dni Ioannis matris dicti q.m q. Simonis de Partistagno, et pro dictis ducatis ducentis quinquaginta dicta Dna Bartholomea filia et heres dicti q.m q. Simonis vendi faceret unam Molendinam sitam in pertinentijs Cortali cum sega rectum per Ioannem Molendinarium iuxta Molendinum Nobilis q. Nicolai q.m q. Odorici de Savorgnano rectum per iustum molendinarum et iuxta partitas Zugiani. Nunc vero prefatus q. Jacobus pro dictis ducatis ducentis quinquaginta ut supra debitis ducatis quinque pro expensis factis in hanc ultima executione per se, et eius heredes dedit vendidit et in solutum tradidit eidem q. Nicolaus de Passarinis marito dictae Dna Bartholomeae de Partistagno, et Procuratori pro qua etiam promisit de rato, et rati habitiones ibidem presenti stipulanti et recipienti pro dicta Dna Bartholomea atque heredibus q. dictam Molendinam de Cortalo Ad habendum, tenendum possidendum cum omnibus suis iuribus, et pertinentis et cum accessibus et egressibus suis usque in via publicas, constituens possideri eius promitens per se et

et eius heredes cum oblig.e omnium suorum bonorum presentium et futurorum dictum molendinum et Segam cum omnibus suis iuribus et pertinentijs in iure manutenere et ab homini homine, et non contrafacere et pro manutentione obligavit idem D. Iacobus omnia sua bona presentia et futura ipsi Dno Nicolao ut supra recipienti postquam prefactus D. Nicolaus pro se et eius heredis promisit dicto D. Iacobo stipulanti pro se suisque heredibus dare et retrocedere dictum molendinum eodem pretio quo emit solvendo expensas instrumenti extracti quandocumque non obstante lapsu termini à iure comuni, sicut municipali limitati. In super dictus D. Nicolaus procurator dicte Due Bartolomee eius uxoris pro qua promisit de ratto pretio et foro ducatorum ducentorum quinquaginta quinque quos confessus fuit habuisse et recepisse à nobili D. Prodocimo de Stroglianaca renuntians exceptioni pro se et eius heredis dedit et vendidit eidem D. Prodocimo stipulanti pro se suisque heredibus dictum molendinum cum Sega, et cum sibi spettantibus cum modis et conditionibus quibus habuit ipsum molendinum ad habendum tenendum constituens possidere promittens manutenere. Si et in quanta ipsum molendinum et Sega reperiret foro datta ultra et aliter quam ipsi D. Prodocimo postquam prefatus D. Prodocimus promisit dicto D. Nicolao dare ducatos centum pro resto dictorum 255 ducatorum in termino videlicet medietate usque ad nativitatem festum nativitatis Dni proxime futuri et reliquam usque defetto nativitatis Dni proxime futuri ad unum Annum.

Soprascriptum instrumentum fuit exemplatum aliena fida manu et folio originali de nobil. Dni Bernardini de Cocavia penes sue deposito et quia illud in omnibus concordare inveni ex in verbis inter lineatis et imagine

positis

positis Ego Daniel Tabritias Not.s Utini de Collegio me Subscripsi cum meo Signo die 17 Januarij 1574.

Ex quodam Processu Instrumenta premissa mihi ad exemplandum exhibitum pred.s aliena fida manu ego Jo. Antonius Delmi q.m A. Not.s Terrae S.ti Danielis, ac Civis Maniae eiusque Cancell.s fideliter extraxi et quia ideo me sub.t opposito Signo in fidem L. D. O. M.

Die 27 mensis Julij 1715

1495: 20 Giugno

Augustinus Barbadico Dei gratia Dux Venetiarum. Nob. et Sap. Viro Leonardo Mocenigo de suo mandato Locumtenenti Patriæ Fori Iulij fideli, dilecto salutem, et dilectionis affectum.

A. Barbarigo doge a Leonardo Mocenigo Luogot.te perchè i Castellani e feudatari friulani intervengano alla guerra contro i Francesi.

Siamo informati, che quelli fidelissimi Castellani Feudatarij, et Compatrioti nostri per la loro fede, e devotione in noi, et nel stato nostro hanno dispositione a questa impresa contro Francesi vegnir a servir gratis alla Sig.ria nostra in campo con Cavalli 200; et ulterius con un buon numero di provisionati, come hanno fatto l'altre città, et servitorij nostri, il che ne saria molto grato, et però volemo che chiamati a Voi li soprascritti debbiate intender, se hanno tal dispositione, la qual etiam voi confirmateli con desterità, et trovando le cose bene disposte, darete opera, che faccino li capi suoi, si delli detti Cavalli, come di Provisionati, sollecitandoli alla presta espeditione, come i presenti bisogni richiede. Quando veramente vedeste non esservi modo salvo de parte, non constringerete alcuno contro il volere suo, ma accettate quello potete con desterità, et se etiam nulla potete haver; del tutto ne darete notitia.

Dat. in nro Duc. Pal.o die 20 Junij Ind.ne 13.a 1495

Die Lune 29 Junij 1495

In quo quidem Parlamento Mag.cus et Clar.mus D. Leonardus Mocenicus Locumt. humano ore, et accomodatis et ornatis verbis declaravit Ill.mo Do: Nrum pro fide, et devotione semper cognita a fidelissimis suis Compatriotis requirere equos 200 — et illum numerum provisionatorum, quos, et quem ipsi fideles Compatriotæ in subsidium dare et prestare sponte vellent in hac guerra suscepta contra Regem Gallorum. Propterea ortatus est ipsos Compatriotas, ut pro fide sua vellint disponere facultates in prestando illum numerum equorum, et provisionatorum, quorum sponte sua volunt in auxilium ut supra

Il Parlam. della Patria si dichiara fedele alla Rep. Serenis. contro i Francesi e mette a disposizione 100 cavalli [illegible]

qua.

qua expositione facta Sp. legum Doctor Joannes de Strasoldo nomine Nobilium Castellanorum existentium in ipso Parlamento, et anuentium ut responderet petitioni prefati Mag.ci D. Locumtenentis ornata, et eleganti verborum serie declaravit antedicto Mag.co D. Locumtenenti: ac viscera ipsorum Castellanorum semper fuisse, et esse intenta, et desiderosa totius comodi, et honoris status eiusdem Ill.mi Dominij Nostri, et ideo Nobiles ipsos Castellanos aptos, et promptos etiam disponere non solum eorum facultates, verum etiam si opus fuerit proprium sanguinem effundere ad honorem, et comodum status antedicti Ill.mi Dominij; propterea leto animo dictorum Nobilium Castellanorum obtulit equos centum levés cum hom. contra ipsos Gallos ad serviendum eorum sumptibus mensibus tribus, quam quidem oblationem Mag.cus D.nus Locum.s nomine Ill.mi Dominij benigne acceptauit, et Nobilibus ipsis obtulit statum ipsius Ill.mi dominij ad comodum, et conservationem suam. Postquam per prefatos Nobiles Castellanos nemine contradicente electus, et deputatus fuit in caput, et ductorem suprascriptorum centum equorum Mag.cus D. Blasius della Turre: ibi presens, qui ad conspectum Mag.ci D. Locum.tis comparens, gratias agendo ipsis Nobilibus Castellanis se ipsum dignum fecerunt de dicta electione illari animo offerendo se ire ad castra absque aliquo premio, et suis sumptibus, et non modo paratum disponere propriam facultatem, sed effundere proprium sanguinem pro comodo, et honore status Ill.mi Dominij, cuius est devotissimus, et pro cuius, ac ipsorum Nobilium honore paratus vires corporis, et ingenij pro posse exercere.

1495 ult.o Junij in Strata Palatij Ill.mi

Ratation delli Caualli 100.– delli Castellani della Patria fatta per li Sp. M.r Bortolomio Conte di Porcia, M.r Cittadino della Frattina Dottor, S. Nicolò Nobil de Strasoldo, S. Nicolò de Brazza q.m S. Conrado deputati heri per il Parlamento a douer far questa ratta, sendo presentibus Castellanis, qui fuerunt heri in Parlamento, seu maiori parte, predictos Deputatos ad hoc facta fuit ipsa ratatio in hunc modum videlicet qui centum equi heri in Parl.to sponte oblati fuerunt.

Pro

Pro Rutilijs, et Brugnaria, cioe Mr Mavardo, e tutti Cavalli n.° 4
Conte Antonio, figli e Nipote — Cavalli n.° - 4
Mr Bortolomio, e Madona Barbara — Cavalli n.° 2
Pro Polcenigo, et Fanna — Cavalli n.° 6
Pro Spilimbergo — — Cavalli n.° 10
Zucco la casada c.n, et fg Mr Odoricho
chiama Cavallo ½ in tutto — Cavalli n.° 2½
Cucagna — — — Cavalli n.° 2
Partistagno — — Cavalli n.° 2
Valvasone — — Cavalli n.° 4
Strasoldo — — Cavalli n.° 6
Melso — — — Cavalli n.° 1
Colloredo — — Cavalli n.° 6
Castello e Tarcento — — — Cavalli n.° 6
Arcano e Brazzaco — — — Cavalli n.° 2
Pinzan, Osopo, et Buis — — — Cavalli n.° 8
Villalta e Chiavaria — — — Cavalli n.° 2
Brazzà, e Cergneo — — — Cavalli n.° 2½
Fattina — — — Cavalli n.° 1½
Sbroiavacca — — — Cavalli n.° 2
Salvarol — — — Cavalli n.° 2
Torre — — — Cavalli n.° 1
Maniaco — — Cavalli n.° 2
Monte Real — — Cavalli n.° 1
Zoppola — Cavalli n.° 2
Prodolon — Cavalli n.° 2
Panigai — — — Cavalli n.° 1
Pramper — — — Cavalli n.° 2½
Rhimis — — — Cavalli n.° 2½
Cusano — — Cavalli n.° 2
Fontana bona — Cavalli n.° 1½
Zeglia — — — Cavalli n.° 1
Toppo — — — Cavalli n.° ½
Varmo di sopra — — Cavalli n.° 1
Varmo di sotto — — Cavalli n.° ½
Lavorgnano — — — Cavalli n.° 1
Madrisio — — — Cavalli n.° 1
Nobb. di S. Dan. — — — — Cavalli n.° ½

Nob. d'Aviano – – – – – – Cavalli n.° 1/2
Nob. de Maniaco – – – – – Caval. n.° 1.
Carso et – – – – – – Cavalli n.°

Eodem die et loco, dum ratatio fieret per Castellanos Patrie de sandis exujs centu Illmo Duc. Dominio in plena tunc convocatione Castellanorum predictus Dnus Ricardus Cives Portulcarum, et Bragnavia rogatus fuisset. Dixit qd etiam in ratione incerta de duob. tertijs, vel circa pro quolibet sibi tangerent sive Ralearum circa equi tres, tamen est contentus, quod ad beneficium Illmi Domini ratent sibi nunc quatuor equi sine tamen aliquo preiudicio sui aut secundum tum presentium, quam futurorum, qui Castellani omnes, et itidem visum fuit sine aliqua contradictione consenserunt.

Eodem die super Palatio Utini dum predicta in Shiffa Palatij . . . reducti super sala eiusdem Palatij predicti omnes Castellani nemine penitus reclamante, seu contradicente deliberaverunt mittere ad pedes Illmi Duc: Do Venetiarum Oratores duos ex ipsis Nobilib. Castellanis eisdem comitatis

Preterea omnes predicti Castellani contenti extiterunt, et remanserunt, nemine penitus discrepante, qd supradicta ratatio, que fit ex mera, et pura animi liberalitate, et non ex debito aliquo, in futuro non cedat in aliqd preiudicium ipsorum Nobilium Castellanorum, vel alicuius ipsorum, quodque dicta ratatio in futurum adduci, aut allegari non possit, sed sit perinde, ac si non fuisset facta, nisi tantum, seu quantum concernit presentem effectum, et expeditionem, ac non aliter, nec alio modo, et ita omnes unanimiter iterum atque iterum contenti fuerunt, et remanserunt et expresse protestati sunt.

Suprascripta equorum ratatio cum subsequentib. ex libro brevio Patrie sub Clar.mo D. Leonardo Mocenico dignissimo Locumt.e per me Antonium de Glemona Cancellarium Patrie &

Ex consimili exemplo ext.e penes Leandrum Nob. D. Petri Vitani Frangipani exhaberi fecit subs.t et sig.t in fidem
David Lattina Canc. Patrie

Nos Alogsius Contareno pro Ser.mo Duc. Do. Ven. Locumt. Generalis P. F. attestamur suprad.m D. David Lattinam esse Cancell.m huius Patrie Dicto in quorum &

Utini die 29 Augusti 1684 — Iulius Carbo Not. Secret.

1499 · Ultimo 8bris

197

A. Barbarigo doge a Pre Bellani Luog. Si tacere disposizioni per una guarnigione stabile di Stradioti in Friuli e altre disposizioni per prevenire le incursioni dei Turchi.

